Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Klein von Christoph Damm

Disputatio Iuridica De Dubiae Primo-Geniturae Iure Vulgo Von dem Recht der Zweiffelhafften Erst-Gebuhrt

Rostochii: Wepplingius, 1697

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0001
DFG


Ja-1125

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0002
DFG

474
23

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JURE
VULGO
Von dem Recht der Zweiffelhafften Erst-Gebuhrt

QVAM
DEO PROPITIO
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,
IN CELEBERRIMA AD VARNUM ACADEMIA
SUB PRÆSIDIO
EXCELLENTISSIMI CELEBERRIMIq; JCTI
DN. JOHANNIS Klein/
J. U. D. ET PANDECT. PROF. PUBL. NEC NON CONSISTORII MEGAPOLENSIS, h. t. DIRECTORIS, PATRONI AC PRECEPTORIS ÆTERNUM DEVENERANDI.
IN AUDITORIO MAJORI
DIE 18. AUGUSTI. ANNI MDC XCVII
PUBLICÆ DISQVISITIONI SUBMITTIT
CHRISTOPHORUS Damm/
REGIOM. BORUSS.
AUTHOR.

Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0003
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0004
DFG

I. N. J. C.

PRÆFAMEN.

SUMMARIA.

Utilitate non caret inquisitio: Uter ex Gemino Partu successioni vel alius commodi prærogativâ gaudeat, illo casu, quo ordo nascendi est incertus. n. 1. seqq.

In successione Allodiali nil regulariter interest, uter primus, an ultragenitus sit ex ejusdem matrimonii liberis. n. 2.

Hujus ratio datur. n. 3.

Decisionem hujus articuli juris esse admodum difficilem, docet n. 4. & *Utilitas ejusdem exhibetur* n. 5. seqq. & 24.

Jus Primogenituræ obtinet in Gallia, Hispania, Anglia, Svecia & Dania. n. 6.

Item in Archi Ducatu Austriæ, Omnibusq; Secularibus Electoratibus. n. 7. seq.

Nec non in Ducatu Wurtenbergico, Brunsvicensi, Bavarico, Slevicensi, Lotharingiæ, Juliacensi & Clivensi, n. 9. seqq.

Pariter & in Landgraviatu Hassiæ, tam ratione Familiæ Darmstadianæ, quam Cassellanæ. n. 16

Sicuti etiam in Marchionatu Badensi, Domoq; Ostfrisiæ. n. 17.

Et aliis Italiæ Familiis Illustribus, de quibus, nec non de Ducatu Mecklenburgico agitur tantum remissivê. n. 18. & 14.

Ratio introducti Primogenituræ Juris traditur. n. 19. seq.

Debetur tamen hoc casu Ultra genitis Statui ac Dignitati Illustri conveniens portio alimentaria. n. 21.

Gladio sæpè deciditur quæstio; Uter ex gemellis, dubiâ existente illorum primogeniturâ, ad fasces Imperii admitti debeat? n. 22.

In decidendâ quæstione, quis ex gemellis prior sit natus, etiã momẽtum temporis attendi fas est. n. 23.

In privatorum etiam hereditatibus hic articulus juris suâ non destituitur utilitate. n. 24.

Recensentur tres casus pro cognoscenda utilitate hujus Meditationis. n. 25. 26. 27. & 28.

NE, qvam hic molior circa evolvendum
1 DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JUS, O-
pella mea otiosam, LECTOR CANDI-
DE, TIBI sapere tantùm videatur curio-
sitatem, omni in Foro utilitate carituram,
2. eò, quod in *Allodiali Successione* jura nostra
Primigenio præ Fratribus *Ultrâ-natis* nul-
lam commodi concedant prærogativam,
utrisque æquatorio Fratrum jure & sorte
ad prædefunctorum Parentum heredita-
tem admittendis, exulante inter illos meritò in successione omni
3. inæqualitate, qui æqualiter â Parentibus sanguinem trahunt,
L. Pen. in fin. ibi: ut in omnibus æquabilitas servetur. C. Comm. Divid. L.
ut Liberis. 17. ibi: æquâ lance pariq; modo propici possit. C. De Col-
4. *lat. L. 1. C: Unde Liberi Nov. 22. c 48. ibi: Lex omnes ex aquo vocat.*
L. 7 ff. de Bon. Damnat. L. 14. C. de legit. hered. L. 11. *C. Famil. erciſc.*
arg. §. 5. J. De Exhered. liber. & §. 3. de Leg. agn. ſucceſſ. paucis, ante-
quam ad *nodoſi, ancipitis, multùque tricis*, Teste Dn. Harprechto, *in*
5. *Comm Inſt. Ad pr. Tit. de Hered. quæ ab intest. n. 124.* & Exel. Dn. Sclevogt,
in Diſſert. de Jure Primogenituræ Jenæ Anno 1694. *habita*, involuti hu-
6. jusce juris articuli enodationem propius accedam, præfando mo-
nere sustinui, non minus in Publicis Imperii ac Regnorum, Princi-
patuumq;, quàm Privatorum etiam negotiis, laboris illius, quem
meditor, se commendare utilitatem. Firmatâ enim non dun-
taxat extra Imperium Romano-Germanicum, apud GALLOS
HISPANOS, ANGLOS, SVECOS, & DANOS *vid.* Rumelin, *ad*
7. *A. B. Diſſ. 6. th. 2. Lit. D. in fin.* ALIAS q; PLURIMAS GENTES, quā-
rum prolixissimū adductum reperire est catalogum apud Tiraqvel
lum *in Tr. De Jure Primogenituræ in Præf.* & B. Chotmannum *Vol. 1. Conſ. 1.*
sed in Imperio etiam nostro, in ARCHIDUCATU AUSTRIÆ, *Vid.*
8. Meichior Goldastus *ab Haiminff. Tom. 1. Conſtit. Imperial. fol. 86. n. 13.*
Munster *in Cosmograph. Lib. 3 cap. 5. pag. mihi* 399. Carpzov *in Tr. De Lege*
Regiâ German. cap. 3. sect. 1. n. 6. p mihi 214, & Knipschild. *De Fideic. Famil.*
Nobil. c. 6. n. 267 & OMNIBUS ELECTORATIBUS SECULARIBUS,
per A. B. C. 7. & 24. Vid. Rumelin *ad A. B. Diſſ. 6 Th. 2. Lit. D.* Limn. *in Ad-*
dit.

dit ad Jus Jus Publ. Imper Rom. Germ. 4.8.112. Illustr. Dn. Rhetz in Inst. Jur. Publ. Lib. 1, Tit. 7. §. 5. & Vitriarius in Inst. Jur. Publ Lib. 3. Tit. 20. §. 38. p. mihi 1002. Item in DUCATU WURTENBERGICO, Vid. Besold. De Succeff. Regia. Lib. 1. Diff. 6. n. 8. Stryk in Tr. de Succ. ab Inteft. Diff. 1. c. 3. Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. Claff. 4. C. 17. n. 30. p. mihi. 456. & Goldast De Majorat. Lib. 2. c. 18. n. 2. BRUNSVICENSI, Vid. Knichen. De Sax. non proinc. jur. verb. Ducume. 3. n. 301. Vitriarius in Inst. J. P. d. l. §. 45 Betf.. De Pact. Famil. Illustr. c. 9. p. mihi 531 seq. & Limn. Lib. 4. c. 8. n. 115. & L 8. c. 6. n. 4. junctis Dn Stryko & Dn. Reink. proxime allegatis locis BAVARICO per Testamentū Ducis Albrechti de A. 1573. vid Cothman. Vol. 1. n. 36. Reinking. d. Tr. L. 1. Claff. 4. c. 17 n 26. Vitriarius d. l, §, 43. HOLSATIÆ SCLEVICENSI, Crantzius Lib. 7. Hist. Dan cap. 41, Vitriarius d. l §. 46. Spangenberg. L. 4. Chron. Schaumb. c. 1. Goldast. De Majorat. L. 5. c. 18. & Springsfelt. d. Tr. c. 3. n. 61. LOTHARINGIÆ, Arnisæus De Rep. Lib. 2. cap. 2. Sect 7. n. 35. Rumel. ad A. B. P. 3. Diff. 5. in Add. ad Th. 5. (An etiā in DUCATU MEGAPOLITANO? Vid. Vitriarius d. l. n. 48. ibique Strykius in not. MS. Dn. Schurtzfleisch. in not. MS. ad Bœcleri Not. Imper Rom. c. 12. Rumelin. ad A. B. P. 3. Diff. 5. in Add. Th. 5. Reinking. de R. S. & E. Lib. 1. Claff 4. c. 17. n 34. & Knipschild. De Fideic. Fam. Nobil. c. 9. n. 293) JULIACENSI, & CLEVENSI, ex pactis antiquis occasione nuptiarū Ao. 1496. Johānis Clivensis cum Maria Juliacensi initarum, Vid. Author. des Jülischen Successions-Streits/ Besold. De Succeff. Reg. Lib. 1. Diff. 6. n. 10. Springsfelt. d. c. 3. n. 74. & Rumelin. ad A. B d. l. nec non in LANDGRAVIATU HASSIÆ, tam ratione FAMILIÆ, DAMRSTADIANÆ, qvam CASSELLANÆ, Vid. Jnstr. Pac. art. 15. §. fin. & Nov. Imp. Receff. De A. 1654 §. 188. Conf. Cassel und Darmstädtsche getroffene Haupt Accord, sub dato de 24 Dec. 1628. Arnis. De Rep. c. 2. Sect 2. n 35. Stryk. de S. ab J Diff. 1. c. 3. §. 14. Springsf. c. 3 n 107. junctis, Reink de R. S. & E. L. 1. Claff. 4. C. 17. n. 35. & Rumelino. d. l. p. mihi 842 & MARCHIONATU BADENSI, DOMO q; OSTFRISIÆ, Vid. Vitriarius & Springsfelt. d. ll. 18. ac MULTIS ILLUSTRIBUS ITALIÆ FAMILIIS, qvas recenset Raudens. Resp. 1. n 83. Lib. 1. Cothman. Vol. 5 Resp. 1. n. 265. seqq. & Springsf. d. Tr. c. 3. n. 82. seqq. legitimâ hodiè Primigeniorum prærogativâ, ne, scissis inter plures Principatibus, minutisqve Potentiæ Viribus, Familiarum Illustrium splendor deliqvium patiatur, Rosenthal. De Feud.

C. 9. *Concl.* 55. *gloss.* A. Gail. *Lib.* 2. *th.* 153. *n.* 2. Stryk. *de S. ab* 7. *Diss.* 1. *c.* 3. §. 14. factâque inter Fratres Illustres æquali Regnorum, Electoratuum, Ducatuum &c. distributione, accedente temporum serie, Duces tandem sine Ducatu audiant *Vid. Author.* Wie ein fürstlich Hauß zu erhalten. verb. daß sie zuletzt nicht Graffen Stand/ sondern auch nicht Frey-herren oder Edelleute Standt führen kõnen/ *Conf.* Besold. *Diss.* 5. Springsf. *De Appennag.* C. 10. *n.* 5. Conring. *in Disp. De Regn. & Tyrann. th.* 29. discordiarumqve & bellorum semina Posteris relinquantur, Vid. Herodotus. *Historiar. Lib.* 7. Covarruv. *in* 4. *Decret.* P. 2. *c.* 8. §. 6. *n.* 5. Rumelin. *ad A. B.* P. 3. *Dissert.* 5. *th.* 4.

20. Primogeniis Fratres Secundo - vel Ultragenitos interim, datô ipsis certô Appennagiô, (unde Appennagiati, vulgo Abgefundene Herren/ appellantur, *Vid.* A. B. *Tit.* 24. §. *Tanquam Conf. Illustr.* Rhet. *in diss. De Jure Portionis Alimentariæ & in Inst. Jur. Publ. Lib.* 2. *Tit.* 40. §. 3. & 5. Henric. Springsfeld. *Spec. Tr. de Appennagio* Wilhelm. Leiser, *de ead. mater.* & Fritsch. *Vol.* 3. *Ex Jur. Publ.* 9.) ab actuali successione excludentibus, utique non levis momenti quæstio est, sed quæ teste Palaetz. *in Tract. de Majorat* p. 2. *q.* 8. &

22. Exc. Petro Mullero *in Dissert. exhibente Binos Dubii partus casus, Sect.* 1. *th.* 1. sæpè gladio dirimitur: *Uter ex gemellis jure primogenituræ præcipuô ad Regni, Electoratus aut Ducatus successionem admitti debeat, illô casu, quô quis illorum primogenitus sit, ignoratur?* Unicô

24. etiam temporis momentô ceteroquin hìc accuratè attendendô.

25. *vid. Cap.* 1. *b. Diss. n.* 4. Neque verô tantum in dubiis Regnorum successionibus conspicua est hujus Meditationis utilitas, sed in privatorum etiam hereditatibus eadem se insigniter exserit: Ponam enim: Titium duo prædia possidentem, unicam in suo Testamento instituisse heredem Sororem suam Cajam, ejusque commisisse fidei, ut primum prædium A. illi restitueret Filiorum, qui olim ex nuptiis, cum Nobili quodam ineundis, primus ipsi natus fuerit: Alterum verum prædium B. ceu minus pretiosum, ex fideicommisso haberet Filius Secundo-genitus, mortuoque Testatore, & acquisitâ omnium bonorum possessione, Cajam jam Nobili nuptam, exque illo gravidam, ad Mariti Matrem iter fuisse ingressam, & in itinere doloribus parturientem urgentibus proximam

477

ximam intrare villam, felicissimo quidem partu gemellos enixam fuisse filios, sed non advertentibus, aut observantibus Rusticanis Mulierculis, quæ parturienti auxiliatrices præbuerant manus, uter illorum prior, aut posterior ex utero maternô prodierit, (qualem Casum in terminis FCti Juridicæ Jenensi oblatum fuisse Mense Sept. Anno 1685. clarebit ex Responso Præfatæ FCtis exhibendo in Cap. 2. hujus Dissertationis.) Ecqvis hic non fatebitur, sibi cum Experientissimis hærere aqvam, nec invenire facilè, ubi tutò pedem figere possit? Aut fingam: Primogenito Filio Sempronii Bibliothecam vel aliam rem pretiosam prælegari, ejus verò uxore in ipso partu extinctâ, juxta L. 2. *ff. de Mortuis infer.* duos ex utero Matris prædefunctæ exsectos fuisse gemellos? Sane æqve dijudicatu difficile fore arbitror: Uter ex illis solus legatum petere possit, nolente inprimis testatore, Bibliothecam suam, multô labore collectam, ad plurium manus devenire? Aut tandem casu aliqvo fatali tempus partus ordinarium antevertente, mulierem perperisse gemellos filios, omnibus remotis arbitris, aut ex incuriâ ipsius obstetricis factum esse ponam, ut non constaret, uter ex gemellis, in continenti se invicem sequentibus, prior lucem aspexerit? Certè æque dubium ac suspensum decidentis animum tenebit hic casus, prioribus duobus non absimilis. Ut hinc me laterem non loturum, nec rem ingratam Tibi L.B. facturum esse confidam, si Athenis Varniacis propediem valedicturus, hunc juris articulum, circa quem, quot Doctores, tot fere diversas Interpretum recenseri, ac notari Opiniones, testantur Harprecht. *ad pr. J. De Hered. quæ ab Intest. n. 124.* Hunnius *Lib. 3. Resol. jur. Tract. 1. 9. 21. pr. Aliis*, Disputationi publicæ, quam hactenus nullam mihi videre contigit, inclusum, ante abitum Eruditorum censuræ sisterem, qvæq; ex tot diversis opinionum divortiis probabilior videatur, methodicè exponerem, qvâ in parte si Tuæ de me expectationi ex asse non satisfecero, cogitabis benevolè, etiam voluisse in arduis sua laude non destitui. Faxit interim Numen Trinunum, ut suscepti laboris finem ex voto consequar, cujus auspiciis sit.

CAPUT I.

CAPUT I.

Exhibens,

Generalia circa Dubiæ Primogenituræ Jus

SUMMARIA.

Objicitur toti Disputationi L. 15 ff. De S.H *adq; illam respondetur.* n. 1. & seq.

Dubia Primogenitura non dicitur illa, ubi vel unico temporis momento constat, alterum eodem partu editorum, alterô priorem esse genitum. n. 3.

Qui momentô temporis alterô prior lucem aspexit, is solus Primogenituræ privilegiis ac prærogativâ gaudet. n. 4.

Hoc probatur ex Historiâ nati Jacobi, licet hic plantam pedis Fratris Esau ante se egressi ex utero Matris, manu adhuc teneret. n. 5.

Dubia in hac Dissertatione illa Nobis dicitur Primogenitura, quam non difficile tantum, sed etiam impossibile est probare. n. 8.

In hoc sensu Casum dubiæ Primogenituræ esse dabilem demonstratur ex L. 10. ff. de *Reb. Dub.* n. 9.

Ad Casum dubiæ Primogenituræ *per præsumptivam extensionem etiam pertinet Casus Gemellorum ex utero Materno exsectorum.* n. 12. seqq.

Opponitur L. 132. §. 1 ff. de V. S. n. 11.

Ad illam respondetur. n. 12 seqq.

Jure Civili exsectus eodem gaudet jure, quo is, qui natus est. n. 12.

De Privilegiis & justitia Primogenituræ agitur remissivè n. 15. *seq.*

Nec non de Natalibus vocis Primogenituræ, & an latinè magis Primigenius, an verò Primogenitus dicatur n. 17. *seq.*

Primogenituræ vocem præter Hominem, etiam aliis tribui rebus, & quibus, docetur n. 19.

In hâc Dissertatione ad solum hominem restringitur. n. 20.

Dispositio totius Disputationis ejusq; Aspectus exhibetur n. 21

Descriptio Primogenituræ traditur n. 22.

Dividitur Primogenitura in Naturalem & Legalem n. 23. *seq.*

Casus Legalis Primogenituræ recensentur. n. 25. seqq.

Potest Primigenius in gratiam Secundo

dogeniti juri Primogenituræ renunciare. - - n. 26.
Id probatur Esavi & illustri Johannis, Electoris Brandenburgici Friderici I. Filii, judicio Patris Fratri suo Secundo genito Friderico Electoratum cedentis, exemplo - - n. 7. & 28.
Aliud recensetur exemplum n. 29
De quânam Primogenitura hîc agatur, exponit. - n. 30.
Primogenitus is aliàs dicitur, qui primus natus est, licet nemo ipsum sequatur. - - n. 32
Etiam Unigenitum filium Primogenitum dici, probatur authoritate tum Sacri Codicis, tum S. Patrum nec non Juris Canonici n. 33 seq.
Primus & Proximus in Jure nostro is dicitur, quem nullus antecedit, licet eundem etiam nemo sequatur n. 37
Utilitas hujus Theoriæ demonstratur exemplo, quod exhibet. n. 38.
Primogenitus in hac Dissertatione is dicitur, quem nemo jam, ubi de commodo primogenituræ quæritur, præcedit, habens tamen adminimum unum, qui in certo nascendi ordine ipsum est secutus. n. 39.
Ratio hujus acceptationis datur. n. 40.
Ratione juris dubiæ primogenituræ nil interest, utrum ex Patre Viduo & Matre ante nuptias innuptâ, An vero ex Matre Vidua & Patre ante nuptias Juvene, an denique ex utrisque Parentibus primo matrimonio junctis, incerto nascendi ordine sint gemelli editi, modo Pater ex alio matrimonio ante sibi quæsitum non habuerit Filium Primigenium. n. 41.
Tria cæteroquin Doctores formant Primigeniorum genera, quæ recensentur. n. 42 43. seq.
Pluribus dubiò nascendi ordine uno partu editis, à Parentibus, qui Filium Primigenium habuerunt sed inversò naturæ ordine extinctum, ratione illorum etiam de dubiæ primogenituræ jure quæritur n. 47.
Ratio ejus datur. n. 48.
Ex gemellis, in certo nascendi ordine natis, hic neutiquam pro primogenito habetur, qui prior membrum aliquod ex utero Matris in partu protulit, licet hoc signo aliquo ab Obstetrice notatum fuerit, nisi & totus ex utero materno prior prodierit. n. 39.
Ratio & exemplum exhibetur n. 50.
Ad objectionem formatam n. 51.
Respondetur n. 52. seqq.
Licet concepti pro natis habeantur quæstio;

quæstione illorum commodum concernente, in determinando tamen primogenituræ dubiæ jure, ad id potissimum respicitur, uter prior probabiliter natus sit, aut pro Primigenio habeatur. n. 55. seqq.

De contrario Hispanorum & Anglicanorum judicio videatur n. 59. seqq.

Descriptio dubiæ Primogenituræ juris datur. n. 62.

Si alter dubiô nascendi ordine editus partus, contra formam humani generis nascatur, indistincte congenitus non monstrosus pro primogenito habetur. n. 64. seq.

1. EXposituris Nobis hâc Dissertatione DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JUS, sub ingressum ejusdem dubiũ facere laborem & tantum calamum manibus non excutere videtur JCtus Threphoninus *in L. Arescusa, 15. ff. De S. H.* Naturam non permittere, *inquiens*, simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere, ut ordine incertô nascentium non appa-
2. reat, uter ex duobus gemellis primogenitus existat; Unde non malè forsan quis inferet: Hîc integræ Meditationi nostræ obicem poni. Quod si enim fieri non possit, ut ordine incerto nascentium non appareat, uter ex duobus, uno partu editis, primogenitus existat, utiq; *dubiæ Primogenituræ* calus deficere videtur, cum illa invitô
3. Jure DUBIA dicatur PRIMOGENITURA, ubi vel unicô temporis momentô constat, alterum, eodem partu editorum, alterô priorem esse genitum, Menoch *De A. I. 2. Cas. 47. n. 8.* Aqvin. *P. 2. Apolog. n. 285.* Molin. *De Majorat. Disp. 624.* hôc solô Primogenituræ privilegiis, ac prærogativâ gaudente, Vid. Thomasius *in Diss. De Prioritate ac Posterioritate temporis dubiâ ac incerta c. 1. § 9.* Harprecht. *ad pr. J. De Hered. quæ ab intest. n. 119.* Tiraqvell. *Tr. De Jure Primogeniorum, q. 2. n. 1.* Joh. Andr. *in Addit. spec. De Feud. Verb: Hic interpone.* Hinc, ut ut Jacobus Fratrem Esau
4. ex

ex utero Matris prius egressum, protenus & nullô fere temporis intervallô secutus sit, pedis ipsius plantam manu adhuc tenens, ipsum Secundo tamen genitum fuisse, Fratremq; Esau, nisi jus suum turpiter Jacobo vendidisset, ex illo solô temporis momento primogenituræ prærogativam obtinuisse ipse sacer Codex abunde testatur. *Vid. c. 25. Gen. vers. 25. 26. seqq.* Verùm, sicuti Triphonino faci- 6.
lè largimur, *uno impetu* simul ex utero materno plures egredi liberos non posse, aliqvo temporis intervallô, licet sæpè nonmagno, unô natorum alterum semper præcedente, exinde tamen minimè seqvi arbitramur, fieri non posse, ut vel parturientem Matrem, vel adstantes lateat testes, vel ex aliis etiam contingat ignorari causis, uter natorum alterum in partu vel minimo temporis momento præcesserit, *Vid. Præfam. n. 25. seqq.* cum multa *in se* 7.
qvidem certa, ab *allegante* tamen probari non semper possint, *Dubiâ* aut *incertâ Primogeniturâ* illâ nobis au- 8.
diente, qvam non difficile saltem, sed etiam impossibile est probare. *per L. 10. §. 5. ff. De Reb. Dub.* Ubi JCtus Ulpianus Casum dubiæ Primogenituræ ita determinat, ut *incertum sit*, nec *per subtilitatem judicialem possit manifestari*, qvem ex gemellis mater prius pepererit, simulq; talem ca- 9.
sum dabilem esse, satis clare demonstrat. Neq; verò hoc 10.
solum casu, qvo qvidem viva Mater alterum gemellorum reverâ prius edidit, sed de prioritatis momento non constat, *dubius* est nascentium *Ordo*, sed imprimis tum *dubia* efficitur *Primogenitura*, qvando contingit gemellos ex utero prædefunctæ, inq; ipso partu deficientis Matris exsecari, sicq; utrumq; simul in lucem edi. At diceres: Qvid 11.
hic Casus commune habet cum priore, cum potius ad *dubiam Primogenituram* planè non pertineat, & ex *L. 132. §. 1. ff. de*

ff. de V. S. vel juris Tyronem haud fugiat, *falsum esse eam*
12. *peperisse, cui mortuæ filius est ex sectus*? Sed, cum Lege Civili exsectus eodem jure gaudeat, qvo natus, hiq; ad paria judicentur per *L.* 141. *ff: De V. S. L.* 6. *in fin. pr. ff. De Inoff. test. L.* 11. § 5. *ff: De Public in rem; act. L.* 1 §. 9. *ff. Unde Cognat. L.* 1. §. 5. *ff. Ad SCt. Tertull. L.* 12. *ff. De Lib. & Posth.* Tiraqvell. *in repetit. L. Si Unqvam in verb. susceperit Liberos. n.* 139. *seq. De Revoc. Donat.* Zachias *in Qvæst. Medico-Legalib. Lib.* 9. *Tit.* 12. *q.* 6. & Thomas. *in d. Dissert. c.* 2. § 57. Utiq; dubium
13. non est, Casum *dubiæ Primogenituræ* etiam ad exsectos extendi posse, licet hos propriè natos non esse, lubentes concedamus, exulante hic meritô omni dubiô, ex arbitrio Te-
14. statoris, vel publicâ Imperii lege, aut etiã constante loci consvetudine non nisi unô, eôq; Primogenitô tantũ ad successionẽ vel acqvirendam rem in testamento relictã admissô, utrumq; utero Matris exsectũ simul admitti haud posse, sed & hoc qværi æq; ac priori casu, uter ex illis solus audiri & primogenitorum sorte præcipuô ac jure censeri debeat §

Remotis ita illis, qvæ ingressum remorari poterant, jam propius ad ipsam *Dubiæ Primogenituræ* tractationem
15 accedamus, non qvidem anxius solliciti, aut de IPSIS PRIMOGENITURÆ PRIVILEGIIS, qvæ tulè recenset ac examinat Molin *de Jure Primogenitur; Hispan.* Tiraqvell. *de Jure Primogenit.* Boxhorn. *De Succession. Primogen:* Qvestell. *De Jur. Primogen. aliiq; passim.* aut de JUSTITIA PRI-
16. MOGENITURÆ, qvâde consuli itidem possunt Tiraqvell. *d. Tract. in Præfat.* junctis Dn. Rumelin. *ad A. B. Diss. 6. th. 2. p. mihi* 168. Qvirin. Cubach. *Lib.* 2. *Jurispr. Publ. c.* 31. *n.* 7. Arnold. Engelbrecht, *in Qvæst. De Success. Electorali. th.* 15. Covarruv. *in* 4. *Decret. P.* 2. *c.* 8. §. 6. *n.* 5. Sclevogt, *in Diss. De jure Primogen. & Majorat. th.* 1. *per tot.* & Reyher.

De

De Jur. Primog. cap. 3. aliiq;, neq; deniq; in *natales Vocis Pri-* 17.
mogenituræ, & an latinè magis *Primigenius*, an verò *Primo-* 18.
genitus dicatur? curiosius hac vice inqvisituri; utrumq; enim jam ante Nos Alii notabili diligentiâ expediverunt, Vid. Reiher. *d. Tract. Cap.* 1. & Tiraqvell. *in Præfat. d. Tract.* qvorum notatis huc transcribendis supersedere lubet, sed præfati, utut vox *Primogenituræ* extra *Hominem, aliis* etiam 19.
tribuatur *rebus*, ita, ut unaqvæq; res, qvæ prius genitam non agnoscit, *primogenia*, *vel primogenita* dici possit, qvo in sensu, *Semina* apud Varronem. *Lib. 1. de Re Rustica cap. 40. Verba* apud Calconium Gramm. Teste Varrone de L. L. & *Fortunam* primigeniam apud Ciceronem *L. 2. De LL.* & Livium aliosqve Classicos Latinitatis purioris Authores, appellari, legere est; in hac tamen Dissertatione ad *Homines* 20.
tantum hanc restringi vocem, deq; illis accipi, qvi alios 21.
ante se natos non agnoscunt, sive ipsi sint natu maximi, sive in Majorum locum successerint, *Qvid, & Qvotuplex sit hâc in acceptione Primogenitura? Qvisq; nobis hic audiat Pro-* 21.
mogenitus? & Quid tandem Jus Dubiæ Primogenituræ sit? hoc CAPITE PRIMO expediemus; Subjecturi CAPITE SECUNDO *Varias circa Dubiæ Primogenituræ Jus Doctorum Hominum Opiniones*: TERTIOQVE CAPITE *nostrâ recensitâ sententiâ, eâq; rationibus & Doctorum Authoritatibus Judiciorumq; præjudiciis firmatâ*, CAPITE QVARTO, SEU ULTIMO exhibituri *Refutationem rejectarum reliqvarum Opinionum*.

PRIMOGENITURAM, ad *Homines* restrictam, de- 22.
scribere placet, qvod sit præcipuum prioris ætatis jus, illi Filiorum, qvi in ordine nascendi primus est, reliqvis Fratribus exclusis, soli competens: Vulgò das Recht der ersten Gebuhrt.

23. Dividitur Primogenitura in NATURALEM, qvâ Primigenius *revera* ex utero materno prior ante reliqvos fratres exiit, & LEGITIMAM SEU FICTAM, qvâ primò nasci fingimur, seu qvâ illi qvi verè qvidem primus ex utero materno non prodiit, jura tamen & privilegia, aliàs primogenituræ naturali competentia deferuntur.

24. Vid. Exc. Dn. Becman. *Polit. Part. c. 8. § 8. & Excell. Dn.* Schultz. *in Diss. Gedani 17. Febr. 1694. habita, cui Titulus est: Triga Casuum Illustrium. cap. 3. § 1. Conf.* Slevogt. *d. Diss. th.* 10. *ibique all.* Ad hanc referunt (1) Casum ante adeptam Patris dignitatem in privatâ ejus fortunâ nati filii, *Vid. Dn.* Schultz. *d. l. conf.* Besold. *De Succ. Reg. Lib. 1. Diss. 7. n. 1. & Tib. 1 ff. qv.* 93. Knichen *De Sax. Jur. non Prov. c. 5.* Stephan. *De Lib. 2. P. 1. c. 5.* Anton Coler. *De Jur. Imp. Civ. Germ. Sect. 52.* 2. & Würmser. *Ex Jur. publ. 2. Concl. 14.* qvem tamen traditæ descriptioni per omnia non convenire remur: (2) Casum, quô Primogenitus in gratiam Secundogeniti juri Primogenituræ renunciat, quod eundem hoc effectu facere posse, ut Secundogenitus jure præcipuô ac commodis primogenituræ fictione juris fruatur, constat non duntaxat ex exemplo Esavi, *Genes. c. 25. vers. 32. & 33.* sed etiam ex exemplo Johannis, Heredis Electoralis Brandeburgensis, Secundo-genito Fratri suo Friderico, ad beneplacitum Sapientissimi Parentis Friderici, illustri, eoqve notabili ac singulari planè modestiæ ac obedientiæ filialis exemplo, absq; omni morositate Electoratum cedentis. Vid. Limn. *ad A. B. cap. 7. § 2. Obs. 8.* Stryk *in Ex. Jur. Feud. cap. 15. q. 31.* Cunitius *in Elect. Brandeb. in Frideric. I. p. mihi 23.* Hieron. Setzer. *ap. Arum. Discurss. Acad. 20. th. 19. 65. seqq.* Besold. *De Succ. Reg. L. 1 Diss. 2. n. pen.* & Rumelin. *ad A. B. Diss. 6. th. 7. in Addit. ibiq. cit. Del.* Jungatur exemplum.

25.

26.

27.

28.

29.

482.

plum Aristobuli, Alexandri Regis Judæorum Filii Secundogeniti, ex spontaneâ Fratris Primigenii Hircani cessione, Patri in Imperium succedentis. Vid. Rehyer. *d. Dissert. cap. 2.* & Joseph. *L. 14. Antiqvit. Judaic. cap. 1.* De illa agitur in hac Dissertatione, non de hâc, nisi Casum excisorum Gemellorum huc trahere velis, qvia & hîc fictione JCtorum, aut juxta illorum extensivam interpretationem alteruter tantum in effectu ut Primogenitus admittitur. 30. 31.

Ut ut verò aliàs *Primogenitus* is etiam dicatur, qvi primus natus est, seu qvi primò vulvam Matris aperuit, exq; illa primus erupit, *Vid. cap. 8. vers. 16. & Cap. 18. vers. 15. Numeri & Exodi Cap. 13. vers. 2.* qvod ita vertit B. Lutherus: Was zu erst die Mutter bricht/ sivè alii post ipsum nati sint, sive nulli primigenium sint secuti, adeò, ut & *Unigenitus* sit *Primogenitus*, qvod claris continetur verbis in *cap. 5. X. De V. S. in fin.* Ubi docet Pontifex authoritate Hieronymi, Christum Servatorem nostrum *Matth. cap. 1. vers. ult. & Luc. cap. 2 vers. 7.* dici filium Deiparæ Mariæ *Primogenitum*, licet alios Maria filios non habuerit, eumq; morem esse Divinarum scripturarum, ut *Primogenitum* non vocent, qvem fratres seqvuntur, sed qvi primò natus est; Carl. Molin. *in Comm. ad Consvetud. Paris. Tit. §. 8. Gloss. 1. n. 1.* Harprecht, *d. l. n. 111. & 19* Qvo in sensu Christũ Dei Patris sui *Primogenitum* appellari filiũ ex *Cap. 1. vs. 15. & 18. Epist. Pauli ad Coloss.* junctis *Cap. 1. Joh. v. 14. & 18. Itẽ cap. 3. vers. 16. & 18.* exq; aliis benè multis Sacræ Scripturæ locis claret. Pariter, ac in Jure nostro *Primus* is dicitur, qvem nullus antecedit, Sfortia Oddus *De Restit. in integr. P. 1. qb 50. n 75.* Paulus *Lib. 2. Sent. Tit 23. § 5.* Baldus *in L. Si Infans C. De Jur. de liber.* Ludovic. Roman. *Consil 56.* & Nicol. Boërius *Consil. 34. n. 7.* licet eundem qvoq; nemo seqvatur: *Vid. L. Ex duobus 34. in princ. De Vulgar. & Pupill. substit.* Conf. Tiraquell. *De Primog. q 1. n. 5.* ubi id variis exemplis 32. 33. 34. 35. 36. 37.

illuſtrat. *Conferatur*, L. *Qui duos 9. in fin. pr. ff. De Reb. dub.* Harprecht. *ſupr. all. loc. n.* 117. & proximus ille audit, quem nemo antecedit, L. *9 2. ff. de V. S.* licet eundem etiam nemo ſequatur, L *51. ff. de V. S.* L. *2. §. 4. ff. De ſuis & legitim. hered.* L. *1. §. 5. ff. unde Cognat.* Forſter. *De ſucceſſione* L. *3. cap. 30. n. 9.* & Stryk. *de S. ab J. Diſſ. 11. §. 17* Quæ theoria ſuâ haud caret
38. inſigni utilitate: Ponam enim *primogenito* Titii legatum fuiſſe relictum, Titium verò præter eum, quem tempore relicti habuit, nullos alios ſuſcepiſſe liberos; Hoc certè caſu *Unigenito* Titii *filio* utique debebitur legatum, cum & *unigenitus* ſit *Primigenius*, quod fruſtra urgeret, ſi *Primigenius* is eſſet, quem alii fratres ſequuntur. vid. Harprecht. *d. l.* & *ab ipſo*
39. *cit.* Hunnius. In hâc tamen Diſſertatione, quàin *de Dubiâ Gemellorum Primogenituâ, ejusque jure* agimus, *Primogenitus* in tantum dicitur, qvem nemo qvidem jam antecedit, dum de ejus prærogativa qværitur, qvem tamen ad minimum incerto naſcendi ordine unus Frater ſecutus
40 eſt: Fruſtra enim qværeretur de ejus Primigenii prærogativâ, qvi Fratres Ultragenitos non haberet, cum dubia hujus primogenitura dici non poſſit, de quo certò con-
41. ſtat ipſum Unigenitum eſſe Filium. Nil verò quoad præſentem juris articulum intereſſe opinamur: An ex Patre *Viduo* & Matre ante nuptias *Virgine?* An verò ex Matre *Viduâ* & Patre ante nuptias *Juvene*? An deniqve ex *utrisque parentibus primò matrimoniò junctis*, uno partu plures *incerto naſcendi ordine* edantur liberi? modò Pater ex alio matrimonio ſibi Primigenium nondum quæ-
42. ſiverit, omnibus illis caſibus illô ſucceſſurô, cui probabilior Interpretum ſententia juri conformiter primoge-
43. nituræ prærogativam defert, licet cæreroqvin Doctores
44 tria faciant *Primogenitorum genera*: *Primum* ſcilicet illo-

illorum, qui intuitu *utriusqve Parentis* sunt tales, cujus exemplum in Caino, primigenio Adami & Evæ conspi-
um est. *Gesen. cap. 4. vers. 4. Secundum* illorum, qui *solius Pa-* 45.
tris intuitu sunt primogeniti, Patre viduam ducente,
quæ priori marito jam liberos peperit: *Tertium* deniq; 46.
illorum, qui *solius Matris* intuitu tales sunt, quosqve Ma-
ter *primipara* parit marito Viduo, jam ex priori matrimo-
nio liberos habenti. Vid. Reyher. *de Jur. primog. cap. 2. ibique allegati*

Neqve à Classe Primigeniorum hos hîc arcendos 47.
esse autumamus, qvi plures *incerto & dubio nascendi ordine*
nati sunt ex illis Parentibus, qvi Filium Primogenitum qvi-
dem ex eodem, quo juncti sunt, matrimonio habuerunt,
sed præposterô naturæ ordine, ac præcipiti fatô extin-
ctum: Sufficit enim, cum extra hosce natos gemellos 48.
nemo sit, qui iisdem ratione commodi primogenituræ con-
troversiam moveat, & inter hos quæri: Uter illorum pro
primigenio habendus sit? qvodq; alteruter, si non *respectu*
Primigeniti prædefuncti, tamen ratione *secum congeniti uno par-*
tu Fratris, *Primigenius* adhuc audiat. Vid. Baldus *ad L. 2. n. 5. C.* 49
De Jur. Emphyt. Rumel. *ad A. B. Diff. 6. th. 15. in Addit. Lit. A.*

Illud verò hîc non est: omittendũ: Ex geminopartu illũ
intuitu Congeniti ejusdem Uteri Fratris, minimè primoge-
nitum esse, qui prior membrum aliqvod ex utero materno
extendit, nisi & prior totus prodierit ex utero Matris, cũ in 50.
determinandâ primogeniturâ, non ad *tempus conspectus*, 51.
sed *Nativitatis* respicere oporteat, Vid. Limn. *ad A. B. C. 7.*
§. 2. obs. 5. etiamsi porrecta ex utero manus filo concineo
notata sit, frustra aliis inde animum occupati juris pri- 52.
mogenituræ, continuatæque possessionis ex signo hocce 53.
permanente inferentibus, cum possessio animo haud
retineatur, quam novus possessor occupavit, per *L. clam.* 54
possi-

possidere.6. §. 1. ff. De Avel A. P. Quod probatur Divinæ scripturæ testimoniô, *Gen. 38. vers. 27. seqq.* Ubi cum Thamar geminos pareret, & Zerach prior manum extra uterum proferret, illam Obstetrix, putans hunc priorem nasciturum esse, filô rubedine coloratô notavit, sed illô manum retrahente, Phareqve eundem antevertente, *hic* solus pro Primigenio habitus & Principatum judiciô Justissimi Judicis DEI T. O. M., consecutus est. Hinc recte infertur: Ex solô illô signô dubiam, incertô nascendi ordine unô partu editorum, Primogenituram, minimè determinari posse, hâc solâ signaturâ signatum priorem ex utero prodiisse, non probaturâ, cum & signatum ultimo prodire loco posse, proximè allegata historia evictum eat.

55. Neq; porrò prætereundum est, non ex *conceptionis*, sed *nativitatis prioris* momento, Primogenituram d judicari, licet ceteroqvin concepti pro natis habeantur, qvoties de illorum commodo qværitur, per *L. 7. ff. De S. H.* Unde in *dubiæ Primogenituræ jure adstruendo*, non ad dubium *conceptionis* tempus, & uter illorum probabiliter prior in utero conceptus sit, sed ad *actualem nativitatem*, ex qvâ solâqvis primogenitus dicitur, respiciendum est, & uter probabiliter prior genitus, aut pro Primigenio habendus sit? Secus ac opinantur Hispani & Angli, qvorum Illi Teste Zeilero *in Hispan. c. 8. §. De Veterum* & Dn. 8. Sclevogt. *Diss. d. th. 3. æq;* ac Hi, Teste Exc. Dn. Schultzio *in Diss. supr. all. cap. 3. §. 2.* Postgenito é geminis magis favent, eò, qvod is prior conceptus esse præsumatur, argumentô à duobus lapidibus sibi invicem junctis depromptô, qvorum posterior prius eô fuisse creditur in lapidicinis, qvi prior effodiebatur ex eadẽ lapidicinæ statione, similitudine hic oppidò claudicante; Qvâ proinde missâ, ultimo loco describere lubet *Jus*

56. 57. 58. 59. 60. 61. 62.

dubiæ

dubiæ Primogenituræ, qvod sit sententia juri conformior, decidens, Utri ex gemellis primogenituræ competat prærogativa, illo in casu, qvô, qvis illorum prior ex utero materno totus & non monstrosus prodierit, ignoratur. Supersedemus singulis Descriptionis verbis fusius explicandis, utpote qvæ ex prænotatis claram satis lucem interpretationis fœnerantur, hoc unicum addentes, in fine consultò adjecta esse verba: *Non monstrosus.* Cum enim contra formam humani generis natus partus, pro homine non reputetur, *L.* 14 *ff. De S. H.* alterô gemellorum monstrô existente, frustra de prioritate ac posterioritate temporis hîc qværitur, non monstroso ex gemellis solô primogenituræ commodis non duntaxat tum fruiturô, qvando non constat, uter ex gemellis prior editus sit, sed etiam illo casu, qvô partus portentosus prior ex utero materno extractus est. Confer. Harprecht. *d. l.* 123, *ibiq; cit. Ddres.* 63. 64.

CAPUT II.

RECENSENS.

VARIAS CIRCA DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JUS DOCTORUM HOMINUM OPINIONES.

SUMMARIA.

INgressus. n. 1.

PRIMA *illorum est* OPINIO, *qui* in dubio *primogenituræ prærogativam illi tribuunt*, qvi est in Possessione. n. 2.

Hujus sententiæ Patroni recensentur n. 4.

Adducitur Tiraquellus maximè hæsitanter circa incertam gemellorum primogenituram loquens. n. 3.

Rationes hujus opinionis exhibet n. 5. *cum seqq.*

In pari caussa melior est possidentis conditio. n. 7.

Et in dubio pro possessore facienda est interpretatio. n. 8.

Præsertim in probationibus n. 9.

Refertur Molinæi sententia, statuentis, eô ipsô alterum gemellorum, ordine nascentium incertô existente, plus juris habere Fratre non possidente, quod in quasi possessione sit, etiamsi nil aliud probaverit, tamdiu in possessione defendendum, donec Frater non possidens, se natu majorem esse, legitime probaverit. n. 10

Non civili *duntaxat, sed &* naturali *juri convenit, in pari causa meliorem esse possidentis conditionem. - - n. 11.*

Ex jure naturali *potius, quam ex Legibus Romanis, indeq; desumptis regulis, Regum Populorumque, quos nulla* juris civilis *tenet communio, controversia congruam suam petere decisionem docet. - - n. 12.*

Beneficiô duobus collatô, possessor *illo præfertur casu, quo de prioritate non constat. n. 13.*

Re duobus venditâ, possidentis *causa potior est. - n. 14.*

Hoc tamen casu in pari *utrumq; emtorem* causa *non esse demonstratur. n. 15.*

Refertur sententia statuentium potiorem illo quoq; casu possidentis *esse conditionem, quô, venditâ eâ lege equâ prægnante, ut si nascatur pullus* masculinus, *ille sit venditoris, si verò fœmina, illa sit* emtoris, *contingit casus, nascimarem & fœminâ simul, ignorariq; uter fœtus prior natus sit. n. 16.*

Casum hunc non facile esse dabilem, deq; ejus allatâ decisione non immeritò dubitari posse, subjicitur. *n. 17.*

SECUNDA *illorum est* OPINIO, *qui* in dubio utrumq; gemellorum admittunt, *ita* ut æqualiter hos inter res dividenda sit. *n. 18.*

Recensentur hujus sententiæ Patroni. - n. 19.

Et rationes. n. 21. seqq.

Commendatur hæc Opinio, à benignitate, utilitate & convenientia cum jure & ratione n. 20.

Non apparente, uter ex gemellis prior natus sit, æqualis utriusq; conditio esse, nec alter alterô potius jus habere censetur. n. 21

Paria sunt, non esse, vel esse, & non apparere. n. 22.

Convenit in dubio *præferri benigniora, tutiora, quæq; publicæ securitati magis favent. n. 23 seqq.*

Nil benignius & æquius est, quam, ubi potior alterutrius conditio non apparet, ibi etiam neutrum potiori præ altero, qui in pari ipsorum causa esse noscitur, jure frui. n. 26.

Æqua-

Æqualitas natorū, æqualem etiam desiderat juris administrationem n. 27.

Respublica tuta redditur per æqualem inter uno partu natos gemellos, incerto nascentium ordine existente, bonorum divisionem, contra belli ac tumultus pericula. n. 28.

Refertur communis Ddrum sententia, statuentium, Judicem, ubi partium jura dubia sunt, tantæque utrinq; rationes, ut nesciat, utram ipse in partem inclinet, utriq; rem adjudicare debere. n. 29

Quæstio: Uter incertâ Gemellorum primogenitura existente, pro primogenito habendus sit, labyrinthô inextricabilior Ddbus dicitur, obq; decisionis difficultatem Mari Anglicano comparatur. n. 30. seq.

Pro stabiliendâ hâc II. Opinione varii adducuntur juris Civilis textus, quos exhibent, n. 32. & seqq.

Libertate posthumo nascituro relictâ, pluribus uno partu simul natis, omnes liberi censentur n. 32

Titius ei substitutus ex duobꝰ impuberibus, qui supremus mortuus fuerit, utroq; illorum simul extinctô, nec apparente, uter supremus diem suum obierit, utriq; substitutus censetur. n. 33.

Libertate fideicommissaria uni ex liberis ancillæ relictâ, qvem heres elegerit, omnes pronunciantur liberi, herede diem suum obeunte, antequam quemquam ex ancillæ liberis libertate donarit. n. 35.

De aliis juris textibus, pro firmandâ hac opinione adduci solitis, agitur remissivè. n. 36.

Adducitur Brunnemannus hæsitanter admodum circa decisionem hujus quæstionis, quæ omnes fere Juris Interpretes mirum in modum torsit, loquens, sibiq; in diversis locis contradicens n. 37.

Provocatur ad exempla, inprimis in Majoriis Hispanicis, gemellorum; simul ad gubernationem admissorum. n. 38.

Exhibetur TERTIA OPINIO, qvæ Utriq; qvidem Gemellorum hoc casu æqvaliter favet, non tamen utrumqve simul *pro indiviso*, sed *alternis vicibus*, ein Jahr ümbs ander tantùm admittit n 39.

Alternatus hic rei usus & vicissitudinaria administratio vulgò die Mutschierung *appellatur.* n. 40.

Hujus denominationis ratio redditur. n. 41. seq.

Rationes TERTIÆ *hujus* OPINIONIS *recensentur.* n. 43. seqq.

In dubio *semper illa præferri meretur sententia, quæ alterum minus lædit.* n. 44

Quoties res divisionem non recipit, toties ad Alternationis remedium recte devenitur n. 45.

Quod in Principatibus præprimis obtinere probatur remissivè n. 46

Adducuntur in hanc sententiam variæ Leges n. 47. *seqq.*

Quando res usufructuaria inter plures commode dividi non potest, fruenda alternis annis *concedi solet.* - n. 48.

Individuum ceteroquin Patronatus jus ita dividi potest, ut Patroni illud alternis vicibus *exerceant.* n. 49.

Illustratur hæc Opinio Illustribus exemplis - n. 50.

Et Ridiculâ Fabulâ, Lepidâq; Historiâ, quas exhibet. n. 51. *seq.*

QVARTA *illorum est* OPINIO, qui plane neutrum Gemellorum hoccasu admittunt, sed utrumq; â successione, legataq; re repellunt. - n. 53.

Recensentur Patroni hujus Opinionis. - n. 54.

Et rationes - n. 55. *seqq.*

Inertitudo vitiat omnem dispositionem, in favorabilibus æq; ac odiosis n. 56. *seq.*

Paria sunt, factum non esse, vel probari non posse, itidemq; non allegari, vel allegatum non probari n. 57. *seq.*

Unô ex pluribus ejusdem nominis servis libertate donatô, & non apparente, de quonam senserit Testator, neuter illorum liber erit n. 59.

Legatum natu majori relictum neutri debetur, si non appareat, uter ex duobus sit natu major. n. 60

Legatum uni ex Cognatis relictum, qui prior Capitolium adscenderit, neutri debetur, si non constet, uter illorum prior fuerit. n. 61.

Si Testator Titium liberis Tutorem constituerit, duobus ejusdem nominis existentibus, neuter Tutor erit, illô casu, quô ignoratur, de quoniam senserit testator. n. 62.

Si Testator plures liberos habens, filium suum, nomine non expressô, exheredaverit, nemo exheres erit - - n. 63.

Idem est, si testator plures amicos cognomines habens, illius nominis heredem sibi ex illis scripserit; nam nec hoc casu ob incertitudinem ullum habebit sibi heredem n. 64.

De aliis huc pertinentibus textibus ac Casibus agitur remissivè. n. 65.

QVINTA *illorum est* OPINIO, qui Patri hoc casu indulgent facultatem, uni gemellorum gratificandi. - - n. 66.

Referuntur Patroni hujus Opinionis. n. 67.

Et

Et Rationes 68. *seqq.*
Adducitur in hanc sententiam L. 24. § 17 ff. De fideic Libert. *n.* 69.
Adq; illam respondetur, magis hunc textum facere pro sententia, quæ Sorti standum esse in casu dubiæ primogenituræ urget. *n.* 70.
Adducitur porrò L. 3. § 4. ff. Ad SCtũ Sillan. *Ubi servo conceditur electio, si utriq; Dominorum simul opem ferre haud possit.* *n.* 72.
Alios textus pro gratificatione in casu dubio exhibet. *n.* 73. *seq*
Si Dux exercitus, obsidens urbem, ei, qui primus mœnia adscenderit certum præmium permiserit, duobus simul mœnia conscendentibq, gratificationi locum esse, cuinam Dux præmium illud dare velit, quidam statuunt JCtorum *n* 75.
Ratio secunda hujus Opinionis recenseretur. *n.* 76.
De aliis Ddrum Conclusionibus pro stabilendâ in hoc dubiâ Primogenituræ casu Paternâ gratificatione, agitur remissivè *n.* 77
SEXTA *illorum est* OPINIO, *qui* robustiori ex Gemellis in dubio Primogenituræ prærogativam tribuunt. *n.* 78.
Allegantur Ddres, qui hanc Opinionem referunt, quiq; eidem patrocinantur. *n* 79.
Ratio hujus Opinionis prima est, quia robustior, seu prægnantiori qualitate à naturâ donatus, et ita præsumitur, perruptis facilius paniculis, citius de carcere uteri materni exivisse. *n.* 80.
Patre & filio simul bellô pereuntibus, in dubio filius, ceu robustior, post Patrem vitâ defunctus præsumitur. *n.* 81.
Gemellis editis, masculô & fœminâ, in dubiô masculus primo locô in hanc lucem exivisse præsumitur. *n.* 82.
Rationem hujus præsumptionis ponunt alii in robore & prævalentia sexus masculini. *n.* 83.
Alia ratio redditur. *n* 84.
Et firmatur exemplô columbarum, quæ semper priorem marem edere creduntur. *n.* 85.
Naturaliter potentius vincit id, quod minus est tale. *n* 86.
Illa validior est præsumptio, quæ verisimilitudini est convenientior. *n.* 87.
Allegantur pro hac sententia textus juris Civilis, quos exhibet *n.* 88. *seq.*
Cum brevi responsione, quam vide. *n* 90.
SEPTIMA *illorum est* OPINIO, *qui in dubio* formosiorem Gemellorum pro Primigenio habent *n.* 91.
Recensentur Authores hujus Opinionis. *n.* 92.
Quiq; eandem referunt. *n.* 93.

Rationes. n. 94. *seq.*
Omne pulcrum à naturâ est amabile n. 95.
Formosior aspectus Subditorum conciliat amorem & facilius eorundem inducit obsequium. n. 96.
Indos & Æthiopes illos solitos esse sibi deligere Reges, qui ceteros omnes formæ elegantiâ superabant, probatur authoritate allegatorum. n. 97.
Provocatur ad exemplum Apium. n. 98.
Et DEI T. O. M. Saulem & Davidem, utrosq; formâ elegantiori præditos, primos Judæorum Reges constituentis. n. 99.
OCTAVA *illorum est* OPINIO, qui sortem in dubio hoc negotiô judicem eligunt. n. 100.
Authores, Rationes & Contrariorum Resolutio reservatur Capiti sequenti. n. 101.
De aliis Interpretum Opinionibus agitur Remissivè n. 101.
Hujusq; Remissionis redditur ratio n. fin.

1. PRæmissis capite primô *generalibus* circa *dubiæ Primogenituræ jus*, methodi jam exigit ratio, ut hoc capite propius ad rem ipsam accedamus, *diversasq; JCtorum* recensеamus *Opiniones circa dubiam uno partu editorum gemellorum primogenituræ prærogativam*, visuri, qvibus qvælibet illarum nitatur juris fundamentis: Has inter prin-
2. cipem facilè obtinet locum, qvæ *in dubio* primogenituræ prærogativam illi tribuit, *qvi est in possessione*: Cui sententiæ patrocinari videtur TIRAQVELLUS *in eleganti ac erudito scripto, De Primogenitura, qvæst. 17. in Concl. ibi: Nisi alter prior*
3. *possessionem adeptus sit*, qvem tamen *dicto loco* maximè hæsitanter in decidendâ hac loqvi qvæstione ex integro verborum contextu appricatur, qvem appoluisse forsan haud pœnitebit: Ita autem ille: *Placet primo loco ea opinio, qvæ dicit utrumq; admitti, sive in dignitatibus, sive in ceteris rebus hereditariis, Et hoc, nisi alter prior possessionem rerum adeptus fuerit, is enim interim præfertur, nisi alter majorem natu se probaret, aut, nisi hic, qvi possessionem prior accepit, eandem*

487.

dem amiserit, & alter eandem acqvisiverit, & diutius possederit, in eâq; esset, cum lis de hoc jure intentaretur: Jure enim is, qvi in possessione est, praefertur, nisi etiam alter majorem natu se esse ostenderit. Qvod si magis placeant Opiniones, qvae in hac re locum faciunt gratificationi, primum locum in rebus privatis, ceterisqve praeter regnum, aliasq; magnas hujuscemodi Dignitates Patri tribuo, secundum Superiori; In Regnis verò, & id genus magnis Dignitatibus, qvae Superiorem non agnoscunt, Magnatibus, & Populo. Sed ita tamen gratificabuntur, si neuter alterum vincit moribus & meritis: Dignior enim semper praeferendus est. Possunt autem ipsi Fratres, si velint, rem Sorti bonâ fide committere: Nollem autem iterum invitum cogere, nisi forte res aliter transigi non posset, immineretqve qvodpiam periculum. Eandem tuentur Opinionem cum Glossâ in L. Idem erit. 16. ff. De S. H. Mascard. de Probat. Vol. 3. Concl. 1201. n. 22. Joh. le Cirier. in Tr. De Primogenit. in 3. Col. qvaest. 11. n. 1. & 6. Carol. Molinæus ad Consvetud. Parisiens. Tit. 1. De Matiere feudal. §. 8. gloss. 1. in verf. le filzainsne. n. 5. junctis Jacobo de Aret. & Jacobo Butr. aliisqve à Tiraqvello. d. Tract. in XI. Opin. q. 17. allegatis Dbus, indeq; statuminare allaborant, qvod hîc versemur in illis terminis, ubi neuter gemellorum prioritatem nativitatis probare valet, (alterutrô enim probare valente se natu esse majorem, certum satis est primogenituræ jus per L. 10. §. 5. De Reb. dub. Vid. supr. c. 1. n. 8.) sicqve in pari uterq; Fratrum causa sit: Certi autem & indubitati Juris esse noscatur, in pari causa potiorem haberi possessorem per expressam L. 128. pr. ff. de R. J. junctô c. in pari 65. de R. J. in 6. L. 5. §. 1. ff. De Calumn. L. fin. C. De R. V. Vid. Nevizan. Consil. 79. n. 27. Osasch. Decis. 108. c. 18. & Vincent. de Franch. Dec. 167. n. 13. semperqve in dubio pro possessore faciendam esse

4. 5. 6. 7. 8.

esse interpretationem. Alciat. *de Præsumpt. Reg. ult. Præs. 43. per tot.* Menoch. *De Præsumpt. L. 6. Præs. 66. n. 7.* Honded. *Vol. 2. Cons. 49. in fin.* præsertim in probationibus, *c. 3. De Probat.* Unde docet Molinæus *d. l.* qvod eô ipso alter gemel-
9. lorum, incertô nascentium ordine existente, plus juris habeat Fratre non possidente, qvod in qvasi possessione sit, etiamsi nil aliud docuerit, qvodq́, cum effectu mane-
10. re debeat possessor in possessione, donec non possidens Frater, se natu majorem esse, probaverit. *Confer. L. 2. ff. Uti possidetis.* cum probatio dubia concludat pro possessore. Tusch. *Concl. 766. Lib. 1. n. 13.* Stryk. *in Diss. De Possidente non meliore. c. 1. §. 12. in fin.* Accedit, qvod secundum Magni Grotii effatum in aureo Tractatu *De J. B. & P. L. 2. C.*
11. *23. §. 11.* non *Civili* duntaxat, sed *naturali* (unde optime notante Exc. Thomasiô *in Dissert. De Prioritate & Posterioritate Temporis dubia ac incerta. Cap. 2. §. 42.* potius, qvàm ex legi-
12. bus Romanis indeqve desumptis Canonibus, Regum Populorumq́ve, qvos nulla Juris Civilis tenet communio, controversiæ decidendæ sunt) etiam juri conveniat, meliorem *in pari causa* possidentis esse conditionem. Vid. Stryk. *De Dissert. in Præfam. 1.* Adducunt præterea hujus
13. sententiæ Patroni textum *Cap. Si à sede. 31. De Præbend. in 6.* qvô duobus collatô beneficiô, *possessor* præfertur illo casu, qvando de prioritate non constat, Vid. Marius Giurba *in Decis. Regni Sicil. 22. n. 3. & 5.* Brunnem. *ad Reg. 65. de R. J. in 6.* indeq́; idem in casu *dubiæ ac incertæ primogenituræ* etiam obtinere, argumentô dicti capituli inferre satagunt; & textum *L. Quoties. 15. C. De R. V.* Ubi re duobus vendità, possidentis causa potior dicitur, vid. Hieron. de Cæval.
14. los *Pract. qvæst. Comm. contra Comm. 248. n. 45.* junctis Fulgosio, Alex. & Jasone *in L. Si extrantus ff. De Condict. ob*

caus.

Cauſſ. ubi id exemplô venditæ prægnantis eâ lege eqvæ, ut ſi naſcatur pullus maſculus, ſit venditoris, ſi verò fœmina, illa emptoris ſit, caſu contingente, naſci marem & fœminam ſimul, nec apparente, uter fœtus prior natus ſit, illuſtrare annituntur, hôc itidem caſu poſſidentis conditionem alteri præferentes: Qvanqvam, me judice, iſte textus impertinenter allegetur ad probandam Regulam; Jn *pari cauſſa* potiorem haberi poſſeſſorem, cùm per factam traditionem translatum in poſſeſſorem Dominium utiqve efficiat, parem utriusq; emtoris hîc non eſſe cauſſam, alterô nil, niſi jus ad rem ex contractu habente, per *L. 20. C. De Pact.* datumq; exemplum parum ad noſtri caſus deciſionem facere videatur, de qvo, an facilè exiſtere poſſit, non minus qvis forſan dubitaret, qvàm, an non rectius dicto caſu venditori maſculus, & emptori fœmina adjudicari debeat, non attentô, uter fœtus prior natus ſit? 151 16. 17. 18.

SECUNDA eſt illorum OPINIO, qvi *in dubio utrumq; gemellorum admittunt, & neutri prærogativam concedunt*, qvorũ Anteſignanus ſicuti teſte Tiraqvello *in Tr. de Jur. Primogenit. qvæſt.* 17. *Opin. qvart. n.* 6. fuit Accurſius *in* §. *Inordinatum. verb. Ordinem in Auth. De Hered. & Falcid.* ita hunc ſecuti ſunt Gomez *in L. Taurinam.* 40. *n.* 68. *Colum.* 4. & Palatius Rubeus. *ibi n.* 6. Ciſuentes *q.* 3. Hieronymus de Cævallos. *Pract. qvæſt. Comm. contra Comm.* 248. *n.* 68. Ruin. *Conſil.* 20. *n.* 18. *Lib.* 5. Molin. *de Hiſpan. Primogen. L.* 3. *c.* 1. *n.* 22. Rumelin. ad *A. B. Diſſ.* 6. *th.* 8. *in fin.* Stryk. *in Tr. De Succeſſ. ab inteſt. Diſſ.* 7. *c.* 2. *th.* 49. & *Diſſ.* 1. *c.* 3. *n.* 21. aliiqve â Tiraqvello d. ll. citati Ddres, hanc opinionem ſuam, non duntaxat, qvâ *benigniorem*, adq; *evitanda cædis, tumultus & belli pericula, aliaq; plura inconvenientia apprimè facientem, ſed juri etiam ac rationi magis conſentaneam*, maximoperè 19. 20.

21. pere commendantes, Vid. Rumelin. & Stryk. *d. l. l.* Rationes verò, qvibus hæc Ddrum innitur sententia, eò collineant, qvod (1.) incerto nascentium ordine existente, ignoretur, uter gemellorum prior sit natus, & cum paria sint, *non esse* & *non apparere*, *L. Duo sunt Titius*. 30. *ff. De*
22. *Test. Tut. L.* 77. *ff. de C. E.* Zabarell. *Consil. 86. in fin*, Cardinal. *Tusch. Pr. Concl. Tom.* 6. *Lit. P. Concl.* 84. *per tot*: Ricciul. *in Tr. De Neophytis. c.* 7. *n.* 5. & Cacheran. *Dec. Pedemont.* 129. *n.* 9. neuter illorum videatur alterô potius habere jus,
23. utriusqve conditione æquali existente. (2.) Qvod conveniat *in dubio* benigniora præferri, per *L. Semper*. 56. *ff.* de *R. J. c. ult. De Præsumpt. L.* 14. *C. De fideic. lib.* illaqve, qvæ tutiora sunt, *L. Si fuerit*. 10. *§. ult. ff. De Reb. dub. c. Juvenis. X. De Sponsal.* Covarruv. *in c. alma Mater. Part.* 1. *§.* 2. *n.* 5.
24 *Cas.* 1 Joh. Maria Novar. *qvæst. forens.* 14. *Lib.* 1. *n.* 12. qvæq́; magis favent publicæ securitati: Bartol. & Ddres *in L.* 1.
25. *§.* 1 *ff Solut. matrim.* Maranta. *Disp.* 4. *qvæst. Legal. n.* 20. *pag.*
26. 431. Nil autem benignius ac æqvius sit, qvàm, ubi potior alterutrius conditio non apparet, etiam neutrum po-
27. tiori præ alterô, qvi ipsocum in pari caussa esse noscitur, jure frui, æqvalitate natorum æqvalem juris administra-
28. tionem postulante; Qvodq́; insuper Respublica hâc viâ tuta reddatur contra belli ac tumultus pericula, necessariò hoc casu secutura, qvô illô gemellorum solô ad Solium admissô, qvi primogenituram probare non valet, Frater
29. ipsocum natus invitô jure repellitur. (3) Qvod, cum communiter Ddres concludant: Judicem, ubi partium jura dubia sunt, tantæq́; & tot utrinq́; rationes, ut nesciat utram ipse in partem inclinet, utriqve rem adjudicare debere, Vid. Tiraqvell. *d. Tr. q.* 17. *Opin.* 4. *n.* 9. *cum inibi All. Ddbus*, in arduâ hac, ac teste Josepho Mascardo. *De*

Pro-

Probat. Vol. 3. Concl. 1201. n. 21. labyrinthô inextricabiliori qvæſtione, qvam Albericus à Roſa, *in L. Præcibus. col 3. C. De Impuber. & al. ſubſt.* ob deciſionis difficultatem Mari Anglicano comparat, hæc ſententia facilè videatur applauſum meritura, qvæ utriqve gemellorum *in dubio* æqvaliter favet; Hucqve trahunt præfati Ddres varios Juris Civilis textus, interq; illos (α) *L. Cum inter. 14. C. De Fideic. libert.* Ubi libertate poſthumo naſcituro relictâ, pluribusqve ſimul uno partu natis, omnibus data libertas cenſetur, omnesq; pronunciantur liberi. (β) *L. Ex duobus 34. ff. De vulgar. & pupill. ſubſt.* Ubi Titius ei ſubſtitutus, qui ex duobus impuberibus ſupremus morietur, ambobus ſimul extinctis, nec apparente, uter illorum poſt alium diem ſuum obierit, utriqve ſubſtitutus cenſetur. Ex qvâ lege ita argumentatur: Ubicunqve duobus mortuis, nèc apparente uter illorum prior mortuus ſit, uterqve ſimul vitâ cenſetur defunctus, ibi duobus uno partu natis, nec apparente, uter illorum prior natus ſit, uterq; ſimul genitus cenſetur, ſicq; , cum dubium ſit, cuinam inter duos præcipuum competat primogenituræ jus, diviſioni locus erit, *arg. C. 2. X. De Sepultur. in 6to.* (δ) *L. Si qvis in teſtamento. 16. C. De Fideic. libert.* Ubi libertate fideicommiſſariâ uni ex liberis ancillæ relictâ, qvem heres elegerit, omnes pronunciantur liberi, herede, anteqvam ab hac luce fuerit ſubtractus, neminem ex ancillæ liberis libertate donante. Vid. Tiraqvellus, & de Cæval. *d. l.* ubi alios adhuc juris textus in hanc ſententiam cumulant, qvi tamen, re penitius inſpectâ, nil concludenter probant. Conferatur B Brunnemannus *ad L. 10. ff. de Rebus dub. pr. n 8. in fin.* Ubi huic ſententiæ, ut communiori, benigniori ac juri conformiori ſuum etiam adjicit

calculum, non satis forsan memor illius, qvod ad L. 15. ff. De S. H. nota verat, ubi rejectâ hâc sententiâ, illam amplexus
37. erat, qvæ *in dubio sorti* incertæ primogenituræ determinationē committi t, suomet proprio comprobans exemplò, verumesse, qvod hæc qvæstio omnes ferè jurisInterpretes mirũ in modum torserit, qva de re videri poterit Mascardus. *de probat Vol. 3. Concl. 2102. n. 21.* Nec desunt exempla,
38. inprimis in Majoriis Hispanicis, duorum Gemellorum, simul ad gubernationem admissorum, de qvibus vid. Tiraqvellus *De Nobilit. q. 228.* Reyger *in Thesaur. Juris ibiq;* Fritzsch. *in Not. voc. Primogenitura.*

39. Affinis huic est TERTIA Doctorum OPINIO, itidem *utriqve qvidem favens*, sed ita, ut non uterq; simul *pro indiviso*, sed *alternis vicibus* admittatur; daß sie ein Jahr umbs ander regiren/ oder des Vermachten genieſſen sollen. Vid. Tiraqvell *dd. l. Opin 5.* Rumelin *ad A. B. Diss. 6. th. 8.* Brunnem *ad L. 10. ff. de Reb. dub.* Excel. Thomasius *in Diss.*
40. *De Priorit & Poster. tempor dubia c. 2. §. 66. aliisqve*; Qvi alternatus rei usus, ac vicissitudinaria Regnorum, Principatuumqve administratio, vulgò die Mutschirung appellari solet, Vid Stryk. *ad 5. J. De O. J.* Goldastus. 1. *De Major. Cap. fin. n. 21.* Besold. *de Success. & Elect. fol. 95.* & Joh. Jacob.
41. Speidel. *in Spec. Var. jurid. Polit. Histor. Observ. voc.* Mutschierung. à latino *mutare*, ut sic hoc alternationis remedium idem sit, ac *Mutatio*, die Mutterung / qvia scilicet mutuam denotat singulis, aut certis annis, gubernatio-
42. nem ac administrationem. Besold. *in Thesaur. Pract. hac voc. & ibi* Diether. *in Addit.* Springsfeld. *in Tr. De Appennag. Cap. 2. n. 11. seqq:* & Hopp. *ad §. 5. J. de O. J.* Pro hac autem
43. Alternatione stabiliendâ adducunt hujus sententiæ Patroni, (1) Qvod in dubio semper illa præferri mereatur sententia,

tia, qvæ alterum minus lædit, *arg: §. fin. J. De vulgar. subst.* 1. Hunn. *Var. Resol. jur. Lib. III. Tract.* 1. *qv.* 21. *p.* 720. At verò hæc sententia, qvæ dubiô nascentium ordine existente, utrumq; gemellorum *alternis vicibus* ad administrationem Regni &c. aut rei usum admittit, minus alterutrum videatur lædere, E. etiam præ reliqvis omnibus calculum, illisqve anteponi mereatur. (2.) Qvod, qvoties res commode dividi non possit, toties alternatio locum sibi vindicet, Vid. Stryk & Hopp. *ad §. 5. J. de O. J.* Ubi id in Principatibus præcipuè obtinere asserunt. Idqve probare satagunt (a) per L. 7. §. 10. *ff. Commun. divid.* Ubi *alternis annis* conceditur res fruenda, quando res usufructuaria inter plures commode neqvit dividi, qvod confirmat *L. 16. §. 2. ff. Famil. erciscund.* (b) *per Clem Cap. 2. de Jure Patronatus*: Ubi dicitur, qvod individuum ceteroqvin Patronatus jus, ita dividi possit, ut *alternis vicibus* Patroni hoc ererceant. Addunt (c) præterea *L. Qvoties. 34. pr. & §. 1. ff. De usufr.* L. 2 *& 28. ff. Qvibus modis usufr. amittatur, & L. 35. §. 1 ff. Locati.* Vid. Rumelin *ad A. B. Disp. 6. th. 8. &* Tiraqvell. *De Jur. Primog. q. 17. 0. p. n. 50. 1. seq.* qvarum tamen omnium vel sola docebit inspectio, has ad rem nihil omninò facere. Tandem & hanc Opinionem non duntaxat Illustribus exemplis, Thyestis & Atrei Fratrum, itidemq; Etéoclis & Polynicis, Filiorum Regis Thebanorum Oedipi, & Amulei Numitorisqve, Procæ, Regis Albanorum Filiorum *alternis annis* regnantium, sed ridiculâ etiam fabulâ, qvam ex Hyginio refert Cævallos *Pr. quæst. supr. all. loc. n. 58*, de controversiâ Adonidis inter Venerem & Proserpinam, illustrare allaborant, qvarum utrâqve ad Judicium Jovis provocante, utri earum Adonis ederet? Calliopem Musam Matrem â Jove Judicem datam, ita non sine sum-

mâ Veneris indignatione judicasse, fertur, ut dimidiam partem anni earum unaqvæq; possideret. Cui non mi-
52. nus lepidam aliam jungit Historiam Tiraqvellus *supr. cit. loc. Op. 5. n. 15.* Stephani & Phrynionis, de Neærâ Meretriculâ disceptantium, qvibus Satyrus Alopærensis, cum Sabriâ Lamprensi & Diogitone Acharnensi Arbitri constituti, *alternis vicibus* utendam adjudicarunt mulierem.

53. QVARTA OPINIO, prioribus prorsus contraria, illorum est, qvi hoc casu *neutrum Gemellorum admittunt, sed*
54. *utrumq; planè à successione, legatoq; arcent.* Qvam refert Tiraqvellus, *d. Tr. Opin. 6. per tot.* Rumelin. *ad A, B. Diss. 6. th. 8.* Brunnem: *ad L. 10. de Reb. Dub.* Harprecht. *ad pr. J. de Hered. quæ ab intest. pr. n. 124.* Thomasius *in Dissert. de Priorit. & Posteriorit. tempor. dub. c. 2. th. 36. &* Cævall. *in Pract. quæst: Comm. contra commun. 247. n. 61.* Rationes
55. hujus Opiniones has recensent, qvod (1.) incertitudo semper vitiet dispositionem, L. *5. fin. ff. De R. V.* L. *75. ff. De V. O.* L. *75. §. 1. ff. De Leg. 1. L. 69. §. 4. ff. De Jur. dot.* Camill. Gallin. *c. 36. n. 46. Lib. 9. De Verb. Signif.* Fa-
56. rinac. 1. *Consil. Crimin. 85. n. 161.* non duntaxat in odiosis, sed etiam in favorabilibus. Dyn. *Consil. 41. n. 5. vers. Prætera incertitudo.* Anchoran. *Consil. 216. n. 4.* cumq; hîc versemur in casu *incertæ primogenituræ*, neuter pro primige-
57. nio habendus sit. (2.) Quod paria sint, non esse factum, vel factum probari non posse, Joan de Imola *Consil. 229. circa fin.* Surdus *Dec. 149. n. 2. &* Cardin. Tuschus *Pract. Con-*
58. *clus. Tom. 9. Lit. P. Concl. 84.* itidemq;, nil allegari, vel allegatum non probari: Roland â valle *Cons. 35. n. 10. & 20. Lib. 1.* Tusch. *d. l. Concl. 87. n. 9* hincque, cum allegantes in nostro casu primogenituram, eandem probare non valeant, neuter pro primogenito haberi possit, reppellendus

dus potius â primogenituræ prærogativâ, adinſtar illius, qui eandem ne quidem allegare auſit, Huc pertinere videtur (3.) *L. Cum ex pluribus. 31. ff. De Manumiſſis teſt.* Ubi, uno ex pluribus ejusdem nominis ſervis libertate donatô & non apparente, qui ſit, nullum liberum eſſe pronunciat JCtus Paulus (4.) *L. Si fuerit. 10. De reb. dub.* Ubi cum ignoratur, uter ex duobus ſit natu major, neutri debetur legatum, majori relictum; itidemque Legatum uni ex Cognatis relictum, qui prior Capitolium adſcenderit, duobus ſimul adſcendentibus, nec apparente, uter illorum prior fuerit, impediri dicitur eâdem *L. 10. d. l.* Hinc pari modo, ſi uter Primigenius ſit, neſciatur, neutri primogenituræ privilegium tribuendum eſſe, concludunt huic ſententiæ aſſurgentes Ddres. Vid. Hunn. *Var. Reſol. Liv. 3. In. n. q. 21. Opin. Septim.* (5) *L. Duo ſunt Titii. 30. ff. De Teſtam. tut.* Ubi Teſtatore Titium Tutorem liberis conſtituente, duobus ejusdem nominis exiſtentibus, nec apparente, qvôdenam ſenſerit Teſtator, neutrum Tutorem eſſe, idem aſſerit Paulus (6) *L. Nominatim. 2. ff. De Liberis & Poſthum.* Ubi Teſtatore, plures liberos habente, nomineqve non expreſſô filium ſuum exheredante, neuter exheres dicitur, eò, qvod ignoretur, qvem filiorum teſtatur â ſpe & emolumento hæreditatis excluſum eſſe voluerit. (7.) *L. In tempus. 62. §. quoties. 1. ff. De Hered. inſtit.* Ubi idem juris eſſe dicitur, ſi Teſtator plures amicos ejus nominis habens, heredem illius nominis ſibi ſcripſerit, ita ut non appareat, pro qvâ perſonâ teſtator ſenſerit, ob incertitudinem ultimæ voluntatis inſtitutionem non valente Alios textus etiam Juris Canonici, qvibus evincere cupiunt, *in Dubio* eam retinendam eſſe ſententiam, qvâ id agitur, ut neuter admit-

59. 60. 61. 62. 63. 64.

mittatur, cumulatè collectos exhibet Tiraquellus *supr. cit. loc.* quorsum brevitatis amore Benivolô Lectore remissô, ad.

66. QVINTAM pergo Doctorum OPINIONEM, illorum scilicet, qui incertæ primogenituræ inter gemellos casu existente, *Patri tribuunt arbitrium, uni illorum gratificandi*, Quam opinionem referunt Brunnem. *ad* L. 10. *ff. De*
67. *Reb. Dub.* Rumelin. *ad A. B. Dissert. 6. c. 8.* Harprecht. *ad pr. J De Succ. ab Int.* Stryk. *in Tr. de I. ab I. Diss. 1. cap. 3. th.* 21. Cirierus *in Tr. De Primogen. Lib. 1. c. 4. seqq.* Hunn. *Var. Resolut. L. 3. Tract. 1. Op. 4. pag. 726.* Hieronymus de Cævallas. *Tom. 1. Opin: comm. contra Comm. quæst. 248. n. ubi* Corsetum, *de Potestate Regia, qu. 7. in pr.* Rubeum & Gomezium *ad L. 40. Tauri. n. 68. cum* Baldo *in L. In quibus Casit. C. De Secund. Nupt.*, tanquam Patronos hujus sententiæ allegat. Conferatur Tiraquellus *de Jur. Primog. q. 17 Opin.* 11. Limn. *ad A. B. c. 7. § 2. obs. 6.* S. Müller *in Disp. Binos casus dubii partus exhibente, Sect. 1. th. 68. 3. cum* Alvar. *in c. 1. Colum. 2. versic. Item adde ff. De Leg. 1. &* Schlevgot. *in Diss. De Jur. Primogen. th. 6.* Ubi tamen
68. hanc sententiam rejicit. Rationes, quibus eam suffulciunt, has deprehendere licuit, (1.) Quod *in dubio*, ob incertudinem ac rei individuitatem locus sit gratificationi; Quam in rem allegant, tanquam celebrem textum, L. *Generaliter. 24. §. quid ergo. 17, ff. De Fideic. libert.* qvâ Ego po-
69. tius illorum adjuvari putarem sententiam, qvi in casu dubiæ primogenituræ *sortis arbitrium* præferunt, ob ver-
70. ba: *sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis, aut gratiæ suspicionem Prætor subeat:* Et qvanqvam adjiciatur: *aut meritis cujusque allegatis, arbitrari eos oportet*, qvæ verba potissimum pro hâc sententiâ urgent, indeq́, inferunt: Tum inprimis electioni & gratificationi Parentis locum esse quan-

qvando gemelli virtute ac ingenio pares sunt: Tamen, aliâ responsione hâc vice *ad Cap. IV.* relervatâ, adminimum huic sententiæ adstipulantes id vi allegatæ Legis concedere tene- 17.
rentur, sententiam, qvæ *sorti* in casu dubiæ Primogenituræ locum facit, præferendam esse huic opinioni, *quæ Patri electionem concedit*, ut hæc non, nisi in subsidium admitti possit. Clarior forsan *pro gratificatione in dubio* textus est L. 3. §. 4. 72.
ff. Ad SCtum Silan. & Claudian. Ubi servo concedi-
tur electio, si utriqve Dominorum simul opem ferre non 73.
possit, & *L. 46. ff. de Religios.* Ubi expresse heredis gratificationi locus datur, si plurium prædiorum ususfructus
pluribus sit relictus, in qvod prædium cadaver inferre 74.
velit. Vid. Brunnem. *ad d. L. 46.* nec non *Cap. Duobus. 14. De Rescript. in 6. Conf* Petr. Muller. *d. Diss. th. 3.* Cævallos *d. l.* 75.
n. 27. Hucqve trahunt qvorundam JCtorum decisionem, statuentium, si Dux exercitus, obsidens urbem, ei, qvi primus mœnia adscenderit, certum præmium promiserit, & duo simul mœnia conscenderint, gratificationi locum esse, utri Dux præmium illud dare velit. Vid. Brunnem. 76.
ad L. 10. ff. De Reb. dub. (2.) Qvod Primogeniti beneficium successionis à Patre habeant, indeqve par omnino esse videatur ut Patris dispositioni *in hoc dubio casu* se submittant. Vid. Hunnius. *d. l.* ubi simul ad hanc rationem respondet. Alias Ddrum conclusiones pro stabili- 77.
endâ in hoc dubiæ primogenituræ casu Paternâ electione & gratificatione, qvi videre avet, adire potest Hieronymum de Cævallos & Tiraqvellum *supr. all. loc.* Eqvidem missis illis, 78.

Ad SEXTAM Ddrum OPINIONEM pedem promoveo, statuentium, *Robustiorem* in dubiæ Primogenituræ casu *pro Primigenio habendum, ipsiq; Primogenituræ prærogativam tribuendam esse*. Referunt hanc Opinionem 79.
omnes *supr. n. 67. b. cap.* allegati Ddres: Jn specie verò

eidem patrocinantur, Gloſſa, *in L. Idem erit ff. De S. H.* ibique Baldus *Lectur.* 1. (qui tamen circa hanc qvæſtionem admodum vacillanter loqvitur, ſibimetipſi haud rarò contrarius.) Paulus Caſtrenſis *in L, Si ita fuerit. §. fin. ff. De Reb. Dub.* Guido Papa. *Tract. De Præſumpt. Col. 3. verſ. Si in utero.* Decius. *ad L. 2. ff. de R. J. n. 42.* Vid. Hieronym. de Cæval-
80. lus. *d. l. n. 5.* Fundamentum hujus Opinionis præfati Ddres cum Seqvacibus ponunt in eo, qvod *Robuſtior*, ceu præ-
gnantiori qvalitate â naturâ donatus, etiam præſumatur, perruptis facilius paniculis, citius de carcere uteri materni exiviſſe, qvàm Frater debilior: Proq; firmanda ac
81. ſtabiliendâ hâc præſumptione, qvæ *in dubio Robuſtiori* favet, adducunt (1) Qvod, ſicuti *in dubio Robuſtior* ultimus videtur mortuus eſſe *per* L. *9. §. 1. ff. De Reb. dub.* Ubi Patre & Filiô ſimul bellô pereuntibus, in dubio filius, ceu Robuſtior poſt Patrem demum vitâ defunctus præſumitur; ita etiam prior videatur eſſe natus. Vid. Mascard. *De Probat. Concl.*
82. 1087. Reyher *in Theſaur. Jur. voc. Mulier.* (2.) Qvod Gemellis editis, maſculô ſcilicet & fœmina, in dubio maſculus primo loco in hanc lucem exiiſſe præſumatur, *per L. 10. §. 1. in fin. ff. De Reb. Dub.* Decius *ad L. 2. ff. De R. J. n. 44.* Sais
83 *in Conſvetud. Turonenſ. Rubr. de Succeſſ. plebis. in fin.* & Pruckman. *ad L. in multis* 36. *membr. 3. Part. 1. ff. De S. H.* junctô Papâ *De Præſumpt. n. 5. in fin.* Cujus præſumptionis fundamentum petunt â robore & prævalentia ſexus maſculini, eò qvod virtute roboris maſculus prior ruperit involucra ſua, Vid. Gothofred. *ad L. 10. ff. De Reb dub. Lit. A.* Dn. Schlevogt. *in Diſſ. De Jur. Primogen. th. 4.* Hunn. *Var. Reſolut. L. 3. Tr. 1. qv. 21. Opin. 3. p. 725.* & Baldus *ad d. L. 10. § fin.* Ubi ait;
84 Perſpicuum eſſe omnibus, mares fœminis eſſe robuſtiores. Jung. Guido Papa. & Decius *proximè alleg. loc.* qvodqve maſculus citius perficiatur, in utero, qvàm fœmina,

& pro-

& propter majorem, qvô præ fœmina gaudet, calorem, mpetu majori in utero moveatur, & conſeqventer citius viam ſibi aperiat, & ex utero prorumpat. Vid. Hunnius d. l. idqve apricetur in columbis, qvæ teſte Plinio *Libr. 10. c. 51.* 85. & Ariſtotele *De Natur. animal. Lib. 6. c. 4.* ſemper priorem marem edere creduntur. Vid. Dn. Petr. Muller. *d. Diſſ. Sect. 1. th. 1.* & Tiraqvell. *ad Leges Connubiales. Lib. 1. n. 59.* junctô Hieronymô de Cævallos. *Pr. qvæſt. 248. n. 5. Comm. Opin contra Comm.* Exqve dictis inferunt, qvi hanc tuen- 86. tur Opinionem: Qvia igitur naturaliter potentius vincit id, qvod minus eſt tale, *c. Medicamentum. De Pœnit. Diſt. 1. & c. Qvod in dubiis. De Conſecrat.* illaqve validior eſt præ- 87. ſumptio, qvæ veriſimilitudini eſt convenientior, Bald. *in L. Sive poſſidetis, in fin. ff. Ut in poſſeſſ. Legat.* Jaſon. *in L. Si extraneus. n. 9. ff. De Condict. ob Cauſ.* Curt. Jun. *Conſil. 178. col. 1.* Cravett. *Conſil. 66. n. 22. Vol. 4.* & Franciſc. Brunn. *in Tract. De indic. Tortur.* P. 11. *qu. fin. n. 2.* robuſtiorem in nativitate præſumi debiliorem Fratrem *in dubio* antevertiſſe & viciſſe. Adducunt præterea (3.) pro hac ſententia, qvi 88. eidem aſſurgunt, textum Legis 1. §. *cum arietes. ff. Si qvadrupes pauperiem fec. dic.* exqvâ pro *Robuſtiori* præſumptionem eliciunt, ſcilicet ab illo initium pugnæ factum eſſe, ſi non appareat, quod animal primum in alterum impetum fecerit, & *L. 1. ff. De O. J.* ubi traditur Regula: Qvod principiũ 89. cujusq; rei ſit pars potiſſima, ſed me judice, oppidò imperti- 90. nenter & non ſine fallacia conſeqventiæ, *de qvo infra Capite 4.*

SEPTIMA illorum eſt OPINIO, qvi illi Gemellorum Pri- 91. mogenituræ in dubio tribuunt prærogativam, *qvi elegantiori formâ ac pulchritudine præſtat.* Qvæ ſententia, ſic 92. uti eſt Baldi, ſibi mirum contrarii, *in Proœm. Digeſti Veter. 15. Conſid. 1.* Gomeſii *in L. Tauri. 40. n. 68.* & Cæpollæ, *in Tract. de Imperat. concluſ. 10.* referentibus eandem

93. Tiraqvello. *d. Tr. Opin* 7. & 8. Cævall. *d. l. n.* 6. Dn. P. Mullerô
94. *d. Diff. Sect.* 2. *aliisq;*, ita fundamentum ejusdem partim ex versu Virgilii :

Gratior eſt pulcrô veniens è corpore virtus.

95. Partim etiam ex communi Ddrum aſſerto delumunt Scilicet, qvod omne pulchrum â naturâ ſit bonum & amabile, qvodq; teſte Franciſco Barbario *in Libello, De re Uxoriâ,*
96. formoſior aſpectus amorem in ſubditos inducat, ut formâ
97. corporis elegantiori prædito facilius obſeqvantur: Hanc in rem præterea adducentes dictum Parphyrii, *ſpeciem Primi imperiô dignam eſſe* ajentis, & exemplum Æthiopum
98. & Judæorum, Reges ſibi ad imitationem apium, juxta Senecam *Lib.* 1. *De Clement ad Neronem c.* 9. Plinium *Lib.* 11. *c.* 16. Virgilium, *L.* 4. *Georg.* Baſilium Magnum *in Exameron. homil.* 8. & Bobadillam *Polit: Lib:* 1. *C.* 8. *n.* 1 illos deligere ſolitorum, qvi formâ & pulcritudine cæteros antecellerent, Vid: Cævall: *d. l. n.* 9. Caſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi.* P. 5. *Conſider*: 18. Strabo. *De Situ Orbis.*
99. *Lib.* 15. & 17. Tiraqvell: *d. l. Opin.* 7. *n.* 11. *ibiq; & in LLbus Connub. Lib.* 2. *n.* 36. *plena manu all*: ſubjectô Summi Numinis etiam factô, Saulum, Davidemqve primos Judæorum Reges elegentis, qvod ceteris corporis formâ ac pulcritudi-
100 ne anteirent, 1. *Reg.* 10. 16. 17. & 2. *Reg.* 1.

OCTAVA illorum eſt OPINIO, qvi *Sortem* in dubio hoc negotio *Judicem eligunt*, cujus Opinionis Authores, &
101 rationes, unâ cum Reſolutione contrariorum exhibebit ſeqvens Caput Tertium. Jungunt hiſce Alii alias adhuc Opiniones, qvas collectas recenſet Tiraqvellus *d. Tr*: Rumelin ad A. B. *d. l.* Brunnem. *d. l.* & Thomaſ: *d Diff*: Ve-
20 rum, cùm iisdem ferè cum hactenus allatis Opinionibus ſuffulcientur rationibus, diffluere hic nolui, Benivolum Lectorem ad modò indicatos Ddres remittens, greſſum promoturus ad Caput Tertium.

CAP. III.

CAPUT III.

EXHIBENS.

NOSTRAM SENTENTIAM CIRCA DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JUS, UNA CUM RATIONIBUS ET PRÆJUDICIO, NEC NON CONTRARIORUM RESOLUTIONE.

SUMMARIA.

Ingressus. - 1.
Approbatur sententia, Sortem *in dubiæ Primogenituræ casu Judicem eligens* n.2.
Hujus sententiæ ratio prima est, *quod hic versemur in tali casu, qui humanô consilio exitum sortiri non potest, ingq; quo non nisi unus vel ex publica Imperii lege, vel constante loci consuetudine vel supremâ testatoris dispositione admitti potest.* n.3.
Descriptio Dubiæ Primogenituræ repetitur. n. 4.
Ubi deficit omne consilium humanum, ibi in re ardua & gravi, præviis cum precibus ad Sortem *devenire nullibi legitur prohibitum.* - n. 6.
Sors suâ naturâ nil mali continet, sed indicat in rebus dubiis Divinam voluntatem. n.7.
Ultima voluntas Lex est. n.5.
Sors ambiguorum Judex. n.8.
Et Dei quædam sententia, voluntatisq; Divinæ est declaratio. n.10.
In Sortitione Ipse Deus Judex est qui sortes in sinum missas temperat ac illarum eventum gubernat. - n.11.
Sors contradictiones etiam inter Potentes *comprimere & componere dicitur* Prov. 18. vers. 18. n.9.
In hac humanâ prudentiâ haud extricabili quæstione, non ad alium tutius confugere licet Judicem, quâ ad Omniscium ac Justissimum Deum, ceu cujus judicium infallibile est. n.12.
Per sortem Deus judicasse piè creditur, ceu Dux sortis. n.13.
Sortis judicium ab ipso Deo in quæstionibus ambiguis ac perplexis, ingq; dividendis rebus in sacro Codice Populo suo præscribitur. n.14.
Exemplum primum est Levitic. cap. 16. versic. 8. n.15.
Secundum. Numer. 26. vers. 55. item Cap 33 vers. 54. & c. 34. vers. 13. cum Cap 36. vers. 2. n.16.
Tertium. 1. Samuel. 10. vers. 19. n.17.

Qvar-

Quartum 1. Paralippom. 24 seq. & Cap. 1. Actor. vers. fin. n. 19.
Quintum Josuæ Cap. 7. vs. 14 1. Reg. 14. vers. 43. & Jonæ Cap. 1. n. 20.
Adduntur Varia illustria exempla, comprobantia, sortis judicium etiam in elegendis Regibus apud Romanos, aliasq; Gentes adhibitum fuisse. n. 21 seqq.
Commendatur Sors etiam Jure Civili in decidendis dubiis quæstionibus n. 26.
Heredes ex iisdem partibus scripti, si inter ipsos non conveniat, apud quem potius cautiones hereditariæ esse debeant, sorte hanc altercationem placare debent n. 27.
Illo casu, quô heres jussus est servos manumittere, sorte dijudicandum est, qui potius manumendi sint, illô, quod relictum est, ad quorundam quidem, sed non omnium pretium sufficiente. n. 28.
Ut, ôq; in duplicibus actionibus ad judicium provocante, sorte determinabitur, uter in Processu Actoris partes subire debeat. n. 29
Sorti locus est, heredibus in rei communis divisione non convenientibus. n. 30.
Pluribus, quibus optio relicta est, non convenientibus in electione, sors judex constituitur, hicque præfertur, quem sors prætulit. n. 31.
Recensentur Patroni hujus sententiæ, qui illi hoc casu assurgunt, quo Uterq; Gemellorum in sortem liberè consentit. n. 33.
Nec non illi, qui hôc nostræ sententiæ etiam casu subscribunt, quô alter Gemellorum sortem reformidat. n. 34.
Subjungitur pro illustrandâ hac Decisione Responsum Illustris Collegiis JCtorum in Academiâ Jenensi. n. 35 seq.
OBJICITUR (1) Quod sors non æquo semper pede decurrat, sed ipsi non nunquam faveat, cui jus parum est propitium. n. 37.
Resp. Dist. inter sortem TEMERARIAM ET LEGITIMAM. n. 39.
Sors & fortuna synonymicè accipiuntur. n. 38.
OBJICITUR (2) Quod Deus per sortem videatur tentari contra expressam Christi prohibitionem. n. 40.
Responsionem vide. n. 41.
OBJICITUR (3.) Quod Jus Canonicum eq; ac Magni Nominis Theologi sortis judicium improbent. n. 42. sq.
Responsionem videsis. ♄ 4.
Objicitur (4.) Nullibi in integro jure nostro vel minimum extare vestigium, ex quo cognoscere daretur, in casu dubiæ Primogeni-

turæ ad sortem esse recurrendum. n. 54.
Duplicem responsionem suppeditat. - - n. 46. seq.
Objicitur (5.) Quod juxta plurium Interpretum sententiam, sorti non sit locus, nisi in casibus â jure expressis. n. 48.
Rejicitur hoc axioma, seu juris sulcimento destitutum. n. 49.
Sors judiciaria toties est permissa, quoties non expresse legitur prohibita. - n. 50.
Objicitur (6.) Sortem in facti quæstionibus non obtinere. n. 51.
Recensentur Patroni hujus sententiæ. n. 52.
Hæc quæstio: Uter gemellorum, dubiâ nativitatis prioritate existente, prior natus sit? facti esse videtur. n. 54.
Adducitur sententia Dn. Thomasii, negantis, hanc facti esse quæstionem. n. 55. seq.
Regulæ n. 51. traditæ desideratur fundamentum. n. 57.
Sorti locus est tam in quæstionibus facti, quàm juris, per rationes adductas n. 58. seq.
Ad Septimam objectionem respondetur. n. fin

SIqva unqvam ullus in jure articulus dissensionibus Interpretum nobilitatus deprehenditur, hunc sanè nostrum, qvô: *Uter ex Gemellis, dubiô nascendi ordine editus partus, Primogenituræ frui debeat privilegiis?* qværitur, nemini omnium cedere, qvilibet facilè mecum fatebitur, sive ipsam Decisionis difficultatem, sine numerô multas, easq; diversas abs nobis præcedaneo Capite recensitas respiciens Doctorum Hominum sententias: Ne tamen & ego tot inter diversa sententiarum divortia fluctuare videar, in isthâc Interpretum dissensione eorum probandam reor sententiam, *qvi Sorte ritè, piè q; institutâ, rem terminari, dirimiq; debere*, sequentibus moti rationibus, adstruunt. (1) Qvod hîc versemur in tali casu, qvi humanô consiliô exitum sortiri non potest: (Est enim Dubia Primogenitura, describente eandem JCto Ulpiano *in L. 10. §. 1. ff. De Reb. dub.* qvæ ne qvidem *per subtilitatem judicialem manifestari.*

testari potest.) inq; qvo non nisi *unus*, sive ex Lege Imperii publicâ, ut in Electoratibus, Vid. Limn. *ad A. B. c. 7. §. 2. Observ. 6.* sive ex constante loci consvetudine, sive tandem
5. ex ultimô Testatoris elogiô, Legis instar servandô, *L. 1. ff. De S. S. Eccles. Nov. 22. c. 2. vers. disponat.* est admittendus:
6. Ubi autem omne deficit consilium humanum, ibi in re momentosâ & gravi, præviis cum precibus ad *Sortem*, ceu
7. rem suâ naturâ non illicitam, sed in rebus dubiis Divinam voluntatem indicantem! *c. 1. Ca 26. q. 2.* Confer. Hahn. *in Observ. ad Wes. Vol. 1. pag. 458.* Reyher. *in Thesaur. jur. doc. Sors.* devenire nullibi prohibitum est. Lessius *de J. & J. Libr. 2. c. 3. Dub. 9. n. 60.* Stephan. Fagundez. *in Decal. Lib. 1. c. 40. n. 16.* Franc. Balduin. *De Casib. Consc. Lib. 3. c. 6. q. 9. vers. in rebus dubiis.* Laurent. Tennin. *in Tr. Cautel. Cautelâ. 179 n. 18.* Brunnem. *ad L. fin. C. Comm. de legat.* (2) Qvod Sors, qvam ambiguorum (cum contradictiones compri-
8. mere & NB. *inter Potentes* etiam judicare juxta Sapientissimi Regum Salomonis doctrinam *Proverb. 18. vers. 18* ibi: Daß Loß stillet den Hader/ und scheidet NB zwischen den Mächtigen/ dicatur) Judicem rectè appellat Mevius *ad Jus*
9. *Lub. Lib. 2. p. m. 117.* sit qvædam Dei sententia, Theodoret. *in qvæst. in Lib. Numeror.* Victorin. Strigel. *arg. Cap. 26. Nu-*
10. *mer.* ac Divinæ voluntatis declaratio, Augustin. *ps. 30. & in c. 2. Ca. 26. q. 2.* Erasm. *Actor. Capitulo. 1.* Conrad. Pelican. *Numer. 33. vs. 54.* Joan. de Turre Cremat. *in c. qvi autem. 26. qv. 2. n. 4* Baldus *in L. fin. C. Comm. De Leg.* & Cothman. *Vol. 5. Consil. 29. n. 27.* Jmo in Sortitione ipse Deus Judex sit,
11. qvi sortes in sinum missas temperat, illarumqve eventum gubernat juxta *Proverb. c. 16. vers. 33* qvod in versione B. Lutheri optimè ita transpositum legitur. Daß Loß wird geworffen in den Schoß/ aber es fället/ wie der HERR will.

Ut

Ut hinc in hâc humanâ prudentiâ haud extricabili *dubiæ Primogenituræ* qvæstione non ad alium tutius confugere li- 12.
ceat judicem, qvàm ad *Omniscium* ac *Justissimum* Deum, Divinum ejus ac infallibile judiciũ precibus, ad ipsum humillimè fusis, debita cum reverentiâ, omniq; posthabitô temeritatis sensu, implorando, ac seqvendo: Comprobantibus (3.) illud decisum, qvod ipse Deus, qvi hujus judicii, 13.
Sortis, Dux est, dedisse piè creditur, sacris litteris, non u- 14.
no in loco in causis perplexis ac dubiis, ubi humana diligentia veritatem elicere non est potis, inq; rebus dividendis, sortis usum, ceu optimum eruendæ veritatis remedium, populo Judaico præscribentibus, uti videre est (a) *Levitic. 16. vers. 8.* Ubi ex duobus hircis, qvi Domino offerreretur, *sorte* electus est. (b) *Numer. 26. vers. 55. Item* 15.
Cap. 33. vers. 54. junctis. Cap. 34. vers. 13. & Cap. 36. vers. 2. Ubi 16.
ipse Deus terram promissam inter tribus populi Jsraêlitici *sorte* jussit dividi. (c) 1. *Samuel. 10. vers. 19. seqq.* Ubi Saulum 17.
ad mandatum Dei *sorte* designatum esse Regem legitur. (d) 1. *Paralipum 24. seq.* Ex quo loco sacerdotia *sortibus* desi- 18.
gnata esse probare satagunt, Harprecht. *ad pr. J. de S. ab J. n 126.* Hunnius *Var. Resp. Lib. 3. Tractat. 1. qv. 21. n. 4* Cothman. *Consil. Lib. 5. Resp. 29. n. 11. cum* Tiraqvello, de Cævallos & *aliis d. ll.* Hûc pertinet *Cap. 1. Actor: Apost. vers. fin.* Ubi, cum 19.
Petrus & ceteri Apostoli in locum Judæ Jscariothis alterum ex Josepho & Matthia substituere decrevissent, *sorti* rem commiserunt, qvâ mediante Matthias in numerum Apostolorum fuit cooptatus. *Conferatur c. 2. & 4. Ca. 26. qv. 2. & c. 1. Dist. 21.* (e) *Josuæ. 7. vers. 14. 1. Reg. 14. vers. 43. & Jonæ. 1.* Ubi mediante *sorte* scelera sunt inqvisita & detecta. 20.
(4.) Qvod illustribus insuper exemplis *sortis* judicium 21.
corroborari videatur, qvæ fere innumera ex probatis Hi-

ſtoricis, aliisq; fide dignis Scriptoribus accumulavit Tiraqvellus *d. Tr. qv.* 17. & De Cævallos *ſupr. all. loc. n.* 21. *ſeqq.*

22. Ex qvibus hâc vice adduxiſſe ſufficiet, qvod (a) Romæ poſt fata Romuli, *ſorte augurii*, ut novam imperiô regeret

23. urbem, electi, Inter Rex *ſorte* delectus ſit. (b) Qvod Darius primus Perſarum Rex *ſorte* imperium obtinuerit, Vid. Polyanus *Lib.* 7. *Stratagemotan.* Herodotus *Lib.* 3 & Ammianus Marcellinus *Libro* 23. *poſt medium*: itidemq; (c)

24. Alexandri M. Succeſſores, referente Juſtino *Lib.* 13. Regnum *ſorte* inter ſe diviſerint. Vid. Hunnius. *Var. Reſolut. ſupr. ſæpius all. loc. n.* 4. *Opin.* 1. Ubi illos triumviros, Auguſtum ſc. Lepidum & Antonium, Orbis imperium *ſorte*

25. partitos fuiſſe, ex Appio Alexandrino *Lib.* 1. *paulo poſt principium*, probat, idemqve de tribus Conſtantini M. filiis teſtari Hiſtoricos aſſerit. Accedit, qvod tantum

26. abſit, ut *Legibus Civilibus* judicium *ſortis* reprobetur, ut potius variis in locis illud maximò commendetur opere.

27. Sic (a) in *L. Qvæ ſunt cautiones.* 5. *ff. Famil. ercuſc.* heredes ex iisdem partibus ſcriptos, ſi inter ipſos non conveniat, apud qvem potius cautiones hereditariæ eſſe debeant, ſortiri oportere docet JCtus Cajus (b) In *L.* 24. §. 17. *ff. De*

28. *Fideic. libert.* ſtatuitur ab Ulpiano JCto: *Sorte* dijudicandum eſſe, qui potius manumittendi ſint illô, quod relictum eſt, ad *quorundam* quidem, ſed *non ad omnium* pre-

29. tium ſufficiente. Idem Ulpianus (c) in *L.* 2. *ff. De Judiciis*, , utròque in actionibus duplicibus ad judicium provocante, *ſorte* rem eſſe dirimendam, ac uter illorum pro actore haberi debeat, determinandum eſſe, decidit. Pa-

30. riter & (d) Imperatores Theodoſ. & Valent. *in L.* 2. *C. Quando & quib. pars quart.* heredibus in rei communis diviſione non convenientibus, *ſortis* commendant judi-

cium

cium, *Vid. Dares passim ad h.* L. 2. & Schrader de Feud. *P. 7. c. 5. n 66. junctis* Cothmannô. *Lib. V. Consil. 29. n. 20. seq.* 31.
Ipseque (e) Imperator Justinianus in *L. fin. C. Comm. de Legat. & §. 23. in fin. J. De Legat:* pluribus, qvibus optio relicta est, non convenientibus in electione, *sortem* judicem constituit, ut hic præferatur in optione, quem *sors* prætulerit: Sexcentis aliis juris Civilis textibus, in re dubia ad *sortis* judicium altercantes ablegantibus, jàm brevitatis amore consultò omissis. Et huic Juri Divino, 32.
ac Humano consonanti Opinioni, qvâ in dubio casu, & ubi humanâ prudentiâ speratum res exitum feliciter sortiri haud potest, sortis piè ritequ; institutæ præfertur decisum, qvâq; & incertâ Gemellorum prioritate existente, illi *primigenituræ* tribuitur prærogativa, qvem *Sors* pro Primigenio habet, calculum non illo duntaxat casu, qvô utroq; Gemellorum ad *sortis* judicium provocante, sicq; 33.
ob concurrentem utriusq; voluntatem omni prorsus cessante injuriâ, dubium primogenituræ jus *sorte* determinatur, nobiscum adjiciunt Brunnem. *ad L. 10. n. 8. ff. de Reb. Dub.* Stryk. *in Tr. de S. ab J. Diss. 1 c. 3. §. 23.* Limn. *ad A. B. Cap. 7. §. 2. Obs. 6.* Rumelin. *ad eand. Diss. 6. th. 8. in fin.* Besold. *de Reg. Succes. Lib. 1. Diss. 4. n. 16* Hunn. *Var. Resol. d. l. Op. Imâ* 34.
in fin. sed indistinctè etiam hoc casu, qvô alter Gemellorum *sortem* reformidat, subscribunt Harprecht. *ad Tit. de S. ab J. pr. n. 125. seqq* Decius *in c. Licet Caussam. 9. X. De Probat. n. 28.* Carol. Molin, *in Comm. Consuetud. Paris. Tom. 1. §. 8. Gloss: 1. n. 3. cum seqq.* Dn Slevogt: *in Dissert: De Jure Primogenit: & Majoratus th: 8.* & Dn. Petr Muller: *in Dissert: De Binis dubii partus Casibus.* eandemq; in terminis ab Illustri 35.
JCtorum Collegio in Academiâ Jenensi approbatam esse, docet seqvens Responsum, Mense Septembri, Anni 1683.

juxta Exc. Dn. Sclevogt. vel ut vult Exc. Dn. Müller, An. 3685. conceptum, qvod pro illustratione præfatæ sententiæ, promissis, *supra in Præsamine n. 26.* factis fidem datu-
36 ro, huc conceptis transcribere verbis placuit.

P. P.

NAchdem Ihr Uns berichtet/welcher gestallt weyland Herr B. von W. Oberster/ etliche Allodial, von seinem eigenen im Kriege erworbenen Geldern erkaufftes Güht-ter/nemlich F. und Q. bey lebzeiten besessen/kurtz vor seinem tödtlichen Hintritt aber/einen beständigen Willen hinterlassen/und so viel die Institutionem heredis betrifft/darinnen mit nachfolgenden Worhten Disponiret:

Zu meinen Erben setze ich ein meine einige und liebe Schwester/Jungfr. A. M. von W. jedoch mit diesem ausdrücklichen Bedinge/und Masse/daß der erste von Ihr auß rechtmäßiger Ehe mit einem Ehrlichem gebohrnem vom Adell gezeugte Männliche Erbe und Sohn meines Guhtes zu F. der ander hernach erzielte aber des Guhtes zu Z. und aller daselbst befindlichen Mobilien, nichts davon ausgeschlossen/Universal Erben dann/als jetzo/und jetzo/als dann sein/und solche Gühter von selben auff ihre Männliche Erben/NB allezeit den Erstgebohrnen/zu Conservirung der Splendor ihrer Familiæ und Geschlechtes/ferner und unverändert durch Erbgangs-Recht fallen/kommen/bleiben/und NB alle Theilung ihnen ausdrücklich verbohten seyn sollen.

NAch welchen erfolgten Todes Fall/angeregte einige Schwester des Testatoris dieser Gühter/darinnen Ihres Bruders des Herrn Obersten T. von W. Erbschafft bestanden/sich angemaßet/darauff mit einem von Adell G. von L. sich verehliget; Da Sie nuhn GOtt mit Leibes Früchten geseguet/und die Zeit der Gebuhrt sich genahet

nahet/habe Sie vor guht befunden/ zu Ihres Ehe-Herren Fr. Mutter sich zu begeben/umb bey ihrer Entbindung und 6. Wochen derro Rahts/und Wartung zugenieſſen; Sie sey aber unterwegens mit denen Gebuhrts-Schmertzen befallen/und in einem kleinen Dörfflein einzukehren gemüßiget worden: Gestallt Sie daselbst mittelst glücklicher Gebuhrt zwo Söhne/Christian und Johañ/nachmahls in der Tauffe benahmet/zur Welt gebohren; Weilen solches aber eilig zugangen/ und nuhr einige wenige Baurweiber hiebey sich befunden/ die aber meist mit der Wöcherin/ so sehr schwach gewesen/ zuthun gehabt/ so sey harum mulierculârum incuriâ geschehen/das nicht beobachtet worden/ wehr unter diesen Zwillingen der erste/oder ander geborne sey: Dannenherro ihr über nach folgende Frage unsere Rechts-Belehrung verlanget:

Wehr unter dießen/ aus ein oder andern zugleich angeführten ümbständen/ für den Erst-oder Ander-Gebohrnen zuhalten/ und ob nicht beyden Eltern hierunter zu disponiren/ oder auch wohl eine æqvalität unter diesen Brüdern zuverfügen stehe/ oder was sonst dißfalls Rechtens/ und zu Verhütung alles unter angeregten Brüdern besorgenden Streits (weiln daß Guht F. ein weit höhers wehrt ist/ als das Guht Z.) ersprieß- und practicirlich sein mögte?

DEmnach sprechen/ wihr nach fleißiger der Sachen Erwegung auff diese Frage vor recht: Ob wohl einige Rechtsgelahrten in der gleichen NB. sehr zweiffelhafften Fall und unterlauffenden Umbständen und Vermuhtungen/ bald dehm Starcken/ baldt (2.) dehm Verständigsten/ und Klugsten/ baldt (3.) dem Schönsten den Vorzug bey der Erstengebuhrt zubilligen/ baldt

(4.) des Vaters willen hierunter die determination und Wahl anheim stellen: Noch andre wegen des sondern bahren unterlauffenden Zweiffels (5.) Die *Commoda Primogenitura* zwischen beyden zu Theilen Rahtsahm- und billiger achten; Demnach aber und die weilen besondern daß letzte/ nemlich die Theilung von dehm Testatore ausdrücklich verbohten/ und von dessen/ nicht aber der Eltern Willen/ dieses gantze Werck hanget/ und solcher die Institution als ein Gesetz/ welches sie keines wegen überschreiten können/ bindet: Sonst auch die von dehm Testatore angeführte ratio, und splendor & conservatio Familiæ, præprimis Senioris & Primigenii, utpote magis dilecti, gahr Hintenan gesetzet würde; Herjegen andre/ auch vornehme Doctores aller obigen angeführten ümbständen wegen (6) Sortem, und daß beyde es auffs Loß stellen sollen/ vorziehen/ als dessen Führer der allwissende GOtt selber ist/ und so wohl inhalts Göttlicher Schrifft/ als auch Geist- und Weltlichen Rechten/ sotahnes Mittels in denmeisten zweiffelhafften Dingen sich zu bedinen/ gesezzet und zugelassen: So halten wihr davor/ das auch hierunter durch solches Loß beyden Gebrüdern/ sich auß einander zusezzen/ am fügligsten und billigsten zurahten sey: Esstehet aber nachmahls den Eltern frey ob/ und wie Sie durch eigene Gühter/ und in ihren letzten Willen zu erhaltung ihres Zwecks der erlangenden gleichheit/ dehm jenigen/ welchem daß geringste Guht durchs Loß zufiehle/ vor den andern ein Vorthel gönnen wolten/ als welches zuthun ihren unbenommen: Jedoch wehre hiebey dehm andern wenigst die Legitima Salva zulassen. V. R. W.

37. Nec obstat dictis (1.) Quod *sors* non æqvô semper pede decurrat, sed, cùm judicium sortis & fortunæ juxta Bal-

Baldum *in L. 2. C. Comm. de Legat.* æqviparentur, imo sors 38.
ipsa fortuna esse dicatur *§. 23. J. de Legat.* & L. *fin C. Comm. de Leg.* hæc verò, docente Cicerone *Lib. 2. De Natur. Deor.* & *Lib. 2. De Divinat.* varia ac inconstans sit, sæpeq; illi faveat sors, cui jus parum est propitium, qvemq; ob prævalentem qvalitatem alterius, huic postponendum esse, rectiori statueret judiciô. Vid. Hunn. *Var. Resol. L. 3. Tr. 1. qv. 21. p. 722.* Re- 39.
spondendum enim est, dicta de *Sorte temerariâ*, citra necessitatem, cœco impetu & pravo affectu susceptâ, non verò de *sorte legitima, & ordinaria* illo casu cum debitâ reverentia & pietate, precibusq; ad Deum humillimè fusis susceptâ, ubi summa utrobiq; ad est necessitas, & alterutrum necessariò est eligendum, utrum autem eligi debeat, humanâ assequi prudentiâ aut judicio non licet, intelligenda esse: Sicuti enim illius Dux non est Deus, ita hæc Divinæ voluntatis revelatrix rectè audit, & Deo qvasi Judice, illô Omniscio, juste determinat, uter primus in dubiæ Primogenituræ casu, ex utero materno prodierit. *Conferantur notata b. Cap. 1.* & Dn. Gothman. *Consil. Lib. V. Resp. 29. n. 28. junctô.* Brunnem. *ad L. fin. Commun. de legat.*

Nec Obstat (2) Qvod per *sortem* Deus videatur tentari, 40.
Vid. Brunnem. *ad L. 10. ff. de Reb. Dub: n. 23.* contra expressam Servatoris nostri prohibitionem *Matth. cap. 4. vers. 7. Luc. 4. vers. 12. jungatur Deutern. cap. 6. vers. 16.* Respondemus enim Negando cum Megalandro B. Luthero *in Cap. 1. Jonæ* per 41.
sortem Legitimam & Ordinariam tentari Deum, hoc scilicet casu, qvô nullus humano consilio locus est, & alteruter tantum primigenius esse potest, neqve alii, qvam Primigenio, præcipuum Primogenituræ jus deferri debet. Conf. B. Brunnem. *ad L. 10. ff. De Reb. Dub. n. 24. seq.*

Nec Obstat (3.) Qvod magni nominis Theologi non 42.
minus

43. minus, *Vid*: Victorin. Strigol. *1. Samuel. 10. & Actor*: 1. Hieronymus *super Jonam Cap.* 1. Beda *super Act. Apostol. ad Cap.* 1. qvàm ipsum Jus Canonicum *sortis* judicium reprobare videatur. *Vid. c. 2. & 4. Ca. 26. qv. 2. c. 6. & 7. Ca. 26. qv. 5. Cap. fin. X. De Sortilegiis.* Respondendum enim est, distinguendum esse inter *sortes simpliciter Divinas & extraordinarias*, hominibus non imitandas, de qvibus allegati Theologi & *cap. 2. cum 4. C. 26. qv. 2. nec non c. fin. x. De sortileg* loquuntur, (2.) inter *sortes Diabolicas*, *s. Divinatorias*, de qvibus *c. 6. & 7. Ca. 26. q. 5.* loquuntur & (3.) inter *sortes legitimas, ordinarias, seu* Judiciarias, qvæ medii ceteroquin generis esse dicuntur. Vid. Cothman *d. l. n. 28.* Johan.
44 Brent. *cap. 13. Josuæ*, Petr. Martyr. *in loc. Comm. De Sortibus* Has neq; Theologos, existente necessitatis casu, neque jus Canonicum improbare, sed commendare potius, constat ex dictis Augustini *in Libr: Psalmorum in Psalm. 30. Concione 2. ad. vers. In manibus tuis sortes. Et can. 1. Ca. 26. q. 2. aliis & supra allegatis.* Conferatur Harprecht. *ad §. 23. J. de Legat.* Dn. Osiander. *ad Numer. c. 34. vers. 13. & Josuæ c. 7. vers. 14. junctis illis*, qvos plenâ manu allegat Brunnem: *ad L. fin. C. Comm. de Legat. & ad L. 10. ff. De Reb: Dub. & præprimis* Molin. *ad Consvetud. Paris. p. mihi. 195.*

45. Nec Obstat (4.) qvod nullibi in integrô jure nostro vel minimum exstet vestigium, ex qvô cognoscere daretur, in
46. nostro casu permitti ad *sortis* confugere judicium. Respondendum enim est (1.) Impossibile esse singulos casus
47. Lege comprehendi posse, per *L. 10. 11. 12. 13. ff. De LL.* (2.) Sufficere, qvod nullibi nostro in casu fors reperiatur prohibita: Qvicqvid enim in jure *expressê* prohibitum non est, id eò ipsô censetur permissum & concessum. *arg: L. 1. §. 1. ff. De Testib*: Vid: Harprecht: *ad pr: J. de J. ab J. n. 129. seq.* & Cothmann: *supr: all: loc. n. 39.*

Nec

Nec Obstat (5.) qvod juxta plurium Interpretum sen- 48.
tentiam *sorti* non possit locus dari, nisi in casibus â jure
expressis. Vid. Bald. *in L. 2. Qvand. & qvib. pars qvarta.*
Jason *in L. fin. C. Comm. de Legat.* Hieron. Schurff. *Consil.*
71. n. 23. Cent. 1. aliiq. Respondendum enim est, dictum 49.
assertum petere principium: Vid. Cothman. *supr. all. loc.*
n. 38. Molin. *ad Consl. Paris. n. 23. p. mihi 197.* Ubi docet,
Hoc axioma nullo jure probari. *jung:* Alex. *in L. Hujus-*
modi §. fin. ff. De Legat. 1. Verioremqve & communio- 50.
rem esse contrariam Regulam: *Sortem sc. judiciariam*
esse permissam, qvatenus non expresse legitur prohibi-
ta, qvam tradunt cum Cothmannno *proximè allegato lo-*
co, Daniel. Moller. *In Constit: Saxon: Constit: 15. P. 3. n. 18.*
Molinæus *d. l. ibiq. all.* Joh. Faber.

Neqve majoris momenti est, Qvod (6.) communissi- 51.
mis JCtorum sententiis receptum ac probatum sit, sor-
tem in *facti qvæstionibus* judicem constitui non debere,
sed factum allegantem illud probare oportere. *L. 23. C.* 52.
De Probat: qvam sententiam cum Glossa *in L. Unic. verb.*
Prohibebit. in fin. C. Uti possidetis tuentur Cynus, Bartolus,
Baldus, Salicetus, Angelus aliiq; *ad d. L. fin.* junctis Jasone,
Alexandro, Corneo, aliisqve *ad L. fin. C. Comm de Legat.*
nec non Johanne de Anania *in c. fin. X. De Sortit. ibidemq;*
Joh. Andr. Panormitano *& omnibus ferè Canonistis. in Cap.*
licet cassam. 9. X. De Probat. Hæc autem qvæstio: Uter ex Ge- 53.
mellis sit primogenitus? sit facti per *L. 16. ff. De S. H.* Vid: Ti-
raqvell: *d. Tr. q. 17. Opin. 1. n. 19.* Hunnius. *Var. Resol. Lib. 3.* 54.
Tract. 1. q. 21. n. 5. p. 722. Ergo nec in illâ decidentiâ liceat,
propitiô jure ad *Sortis* judicium confugere. Nam & hîc 55.
committitur fallacia petitionis principii: Præterqvam
enim, qvod Excellentiss. Thomasius *in eleganti Dissert. De*

56. *Dubiâ Temporis prioritate, Cap. 2. n. 39.* neget, hanc *Facti*, & non *juris* esse qvæstionem, eò, qvod hîc in tali versemur casu, ubi prioritas nativitatis âGemellis non potest probari, ea verò, qvæ facti sunt, probari debeant, qvæq;
57. probari neqveunt, in illis qværatur, *qvid juris*? Rectè in hôc asserto qvorundam JCtorum desiderat Harprechtus *ad pr. J. De S. ab J. n. 131.* Corhmannus *d. Consil. 29. Vol. 5. n. 35.* cum inibi allegatô Decio, Tiraqvello, Moli-
58. næo & Mollero *supr. all. loc. & Semestr. Lib. 2. c. 29. n. 2.* juris assistentiam, cùm eædem rationes, qvibus in dubio *juris* ad judicium *fortis* recurritur, æqve militare videantur
59. pro dubio *facti*, scilicet, ut ambitionis, vel gratiæ suspicio auferatur, *arg: L. Generaliter. 24. §. 17. ff. De Fideic. libert.*
60. & altercatio finiatur, L. *fin. C. Commun. De Legat.*

Neqve porrò obstat (7.) qvod per judicium *fortis* illi tamen possit contingere præjudicium, qvi reverâ pri-
61. mus est genitus, si pro secundo genitô *fors* ceciderit. Respondendum enim est: Hîc nesciri, qvis sit primo- aut ultra genitus, & cum neuter qvalitatem primogenituræ probare possit, ipsum credi primigenium, qvem fors piè riteqve instituta pro primogenitô habet, hunc non esse primogenitum, *forte* victô alterô Gemellorum probare non valente.

Nec Obstat (8.) Ad sortem invitum tamen cogi
62. non debere, uti post Joh Andr. & alios, docet Tiraqvellus *d. l. Opin. 1. n. n. 94.* Menoch. *de A. J. Q. Lib. 2. Cent. 5. Cos. 445 n. 11.* Daniel. Möller *Semestr. L. b. 2. Ca. 29. n. 2.*
63. Respondendum enim est, id regulariter procedere, & ubi ulla ratione sperari alia adhuc via potest eluctandi, & dubiæ qvæstioni commodam decisionem extra sortem inveniendi.

CAP. IV.

CAPUT IV

SISTENS

RATIONES REJECTARUM RELIQVARUM OPINIONUM, NEC NON RESOLUTIONEM ARGUMENTORUM PRO JLLIS CAPITE II. ADDUCTORUM.

SUMMARIA.

INgressus. n.1.
Recensentur rationes, quas propter PRIMA Ddrum OPINIO, Possessori favens, rejicitur. n.2. seq.
Non videtur par Gemellorum esse causa, incertâ licet illorum primogenitura exiſtente, cum reverâ tamen alter alterô priornatu sit. n.3
Morali æstimatione paria sunt, non esse & non apparere. n.6.
Illô in possessione constitutô, quem semper Parentes pro Primigenio habuerunt, cui & vivi bonorum possessionem jam tradiderunt, fortior pro Possessore militans Primogenituræ præsumtio, onus probandi devolvit in Fratrem congenitum non-possidentem, se natu esse majorem. n.10.
Ab hoc casu, ad illum, quô neuter Parentum, post fata possessionem occupantem filium pro Primigenio habuit, non valere illationem, demonstratur. n.11.
Ad obstantem Regulam: In Pari causa meliorem esse possidentis conditionem, respondetur. n.13.
Heres totam hereditatem possidens, frustra ad præsidium hujus regulæ confugit, coheredem à petitione suæ portionis repellere intendens. n.14.
Recensentur rationes rejectæ SECUNDÆ OPINIONIS, utrumq; Gemellorum hoc casu pro indiviso simul admittentis. n.17.
Refragatur consuetudini Regnorum, Legi Imperii publicæ & intentioni Testatoris, unô plures admitti, quoties jus Primogenituræ obtinet. n.18. seq.
Notatur Rumelinus hoc casu ambos ad Electoratum admittens. n.20.
Administratio pluriumnon rarò subditis parum proficua esse solet. n.21
Adducitur in hanc sententiam Molinæus, deprecans Deum Optimum-Maximum, ne casus duorum simul regnantium in Hispanorum Regnis amplius contingat. n.22.

Respondetur ad Rationem Primam & Secundam *rejectæ hujus Opinionis* - *n.* 24. & 27.
Ad rationem Tertiam *respondetur.* *n.* 28.
Ad Quartam, *n.* 29. *seq.*
Ad Quintam. *n.* 30. *seq.*
Adducitur & rejicitur ridicula Baldi ratio, quâ pro adstruendâ hâc utitur Opinione, scilicet, qui gemini sunt in cœlo, etiam gemini erunt in terra. *n.* 34.
Ad Sextam *rationem respondetur* - - *n.* 35 *seq.*
Recensentur rationes rejectæ Tertiæ Opinionis, utrumque *quidem, Gemellorum simul, sed non* pro indiviso *verùm* alternis vicibus *admittentis.* *n.* 37.
Alternatio Primogenituræ repugnat indoli. *n.* 38.
Et Consvetudini Imperii, simulq; Testatoris intentioni, Primigenio faventibus, haud congruit. *n.* 39.
Tristem Alternationem habuisse exitum, exempla probant adducta. - *n* 40.
Ad rationem pro hac opinione Primam *respondetur.* *n.* 41.
Ad Secundam *n* 42.
Ad textus pro eâdem stabiliendâ adductos omnes respondetur. *n* 43.
Ad Exempla respondetur. *n.* 44. & 46.
Legibus, non exemplis judicandum est. - *n.* 45.
Afferuntur rationes rejectæ Quartæ *JCtorum* Opinionis, *neutrum Gemellorum h. c. admittere volentis.* *n.* 47. *seq.*
Hujus Opinionis Assertor adducitur Unicus Imola, isq; adhuc hæsitabundus *n.* 48.
Ad rationem Primam *pro hac sententia adductam respondetur* *n.* 51.
Ad Secundam - *n.* 52.
Ad L. 31. *ff. De Munum. test.* *n.* 53. *seq.*
Ad L 10 ff. de Reb. Dub. *n.* 54 *seq.*
Ad L. 30. ff. de Testam. tut. *n.* 56.
Ad L. 2. ff. De Lib. & Posth. & L 62. § 1. ff. De Hered. inst *n* 57.
Recensentur rationes rejectæ Quintæ *JCtorum* Opinionis, *Gratificationi Parentum h. c. locum dantis.* - *n.* 58.
Princeps nemini jus quæsitum sine caussa adimere potest. *n.* 59.
Jus pro lubitu elegendi Primogenitum ex pluribus filiis, Jus Divinum Patri *denegat.* *n.* 61.
Ad Primam *rationem pro hac sententiâ, respondetur* *n* 62.
Ad reliquos textus. *n.* 63.
A diversis diversa est illatio. *n.* 64.
*Recensentur Variæ Ddrum Opiniones circa quæstionem, quâ quæritur: Utri debeatur præmium, illi promissum, qui primus in oppugnatione civitatis mœnia conscenderit, duobus simul eadem conscendentibus, nec apparen-

rente, uter illorum prior æscenderit? n. 66. *seqq.*
Ad Tertiam *rationem respondetur* n. 65. & 69.
Ad Qvartam *rationem respondetur.* n 70. *seqq.*
Enarrantur rationes rejectæ Sextæ *JCtorum* Opinionis, *Robustiori præcipuum Primogenituræ jus tribuentis,* n. 73. *seqq.*
Ad rationem primam *respondetur* n. 78.
Ad L. 9. §. 1. ff De Reb. dub. *respondetur.* n. 79. *seq.*
Ad L. 10. §. 1. ff. D Reb. dub. n. 81. *seqq.*
Ad exemplum de Columbis, respondetur. n. 85. *seq.*
Exhibentur ultimò rationes rejectæ Septimæ *JCtorum Opinionis, Formosiori inter Gemellos Primogenituræ prærogativam concedentis.* n. 87. *seqq.*
Ad rationes pro hac sententia adductas respondetur. n 91 *seqq.*
Epilogus. n. 95.

REcensitis *Capite II.* variis circa *Dubiæ Primogenituræ jus* variorum JCtorum Opinionibus, illarumqve fundamentis omni oculorum, ac mentis acie perlustratis, restat, ut *hoc Capite IV.* postqvam, qvæ mihi sedeat sententia, fusius *Capite III.* exposui, paucis, ne modum migret præsens Meditatio, adhuc subjiciam rationes, qvibus motus, meum illis adjicere calculum dubitavi, additâ argumentorum pro illis adductorum, eâ, qvâ fas est, modestiâ, brevi resolutione. 1.

Et qvidem, qvod PRIMAM attinet OPINIONEM, *quæ ex Gemellis possidentem Fratrem præfert non-possidenti*, ideo huic assurgere nolui, qvia mihi imperare non qvivi, ut crederem, in decidendâ *dubiæ Primogenituræ* qvæstione ad *prioritatem possessionis* tutò esse respiciendum: Præterqvam enim, qvod & *Secundogenitus* prior potuerit nactus esse possessionem, invitô jure hoc casu jus, ex *Prioritate nativitatis* Primigenio qvæsitum, ipsi adempturus, par hîc utriusq; causa esse non noscitur, cùm revera alter alterô prior natus sit, licet primoge- 2. 3. 4.

mogenituram probare non valeat; Et sanè, sicuti mi-
5. sera, oppidoq; frigida est sequela: Hîc Gemellorum
prior occupavit possessionem e. g. Regni, Electoratus,
6. vel rei legatæ: E. Est Primigenius; ita, positô etiam,
7. morali æstimatione paria censeri, non esse, & non
apparere, sicqve parem Gemellorum videri causſam
esse, iniquum tamen omnino foret, si unus ex Gemellis
Regnum, Electorum vel rem legatam possidens, fratrem,
æqvali jure hereditario secum gaudentem, velit exclu-
dere, Primigenii appellatione illum denotante, qvi re-
8. reliqvos præcedit; qvod cum possidens prætendere ne-
9. qveat, utpote probare non valens, se Fratre non-possi-
dente priorem esse, nil qvicqvam in hoc negotio ipsi
10. sola proderit possessio. Illud interim facilius largior,
si ille in possessione sit, quem Parentes ex Gemellis sem-
per pro Primigenio habuerunt, & cui bonorum possessi-
onem ipsi vivi jam tradiderunt, tum pro possessore for-
tiorem militare primogenituræ præsumptionem, trans-
lativam oneris in Fratrem probandi, se natu esse ma-
11. jorem: At verò ab hoc, ad illum non procedit illa-
tio casum, qvô Parentes neutrum Gemellorum Primi-
genium recognoverunt, alterutrô illorum post fata Pa-
tris possessionem occupante.

12 Nec facit pro hac Opinione (1.) adducta *supra Cap. 2.*
n. 7. seqq. juris regula: *In pari causſa meliorem esse possi-*
13. *dentis conditionem*. Resp. enim est: Illam Regulam
non esse universalem, nec omnibus promiscuè con-
troversiis commodè applicabilem, sicuti ex integra
Dissertatione Excell: Du. Strykii *De Possidente non melio-*
re. ubi varios reperire casus est, in quibus possidentis
con-

conditio non censetur esse melior, illô, qvi non possidet, ad oculum claret. Jdemq; evictum dat Exc. Thomas. in Diss. 14.
ne, *De Dubia ac Incerta temporis Prioritate & Posteriioritate. Cap. 2. §. 42. infin.* exemplô heredis, totam hereditatem possidentis, portionemq; hereditariam petentem coheredem hâc Regulâ repellere volentis, cui nil præsidii ad retinendam totam hereditatem ex sola totius massæ hereditariæ possessione obventurum esse, rectè dedicit.

Neq; majoris momenti est (2.) allegatum *n. 13. d.* 15.
Cap. 2. capitulum *31. x. De Prabend in 6.* Respondendum enim est, illum casum nostro in eo absimilem esse, qvod fieri potuerit, ut, cum â diversis eadem die duobus collatum sit beneficium, etiam eodem temporis mamentô sit collatum, sicque reverâ alterutrius conditio non sit potior, quo casu analogiæ juris haud contrariatur, possidentis conditionem præferri; quod secus in nostro casu, quô semper alter Gemellorum prior natu est, licet prioritas nativitatis non appareat. Alias responsiones publico reservamus conflictui, cùm 16.
temporis angustia prolixioribus hic nobis esse non liceat.

Non magis arridet SECUNDA OPINIO, *Utriq; Gemellorum æqualiter favens*; 17.
Sicuti enim hæc sententiâ 18.
cum consuetudine Regni, non nisi *unum* duntaxat, eumque *Primigenium*, reliquis omnibus exclusis filiis, ad habenas Imperii admittente, itidemque cum Imperii Legibus, non nisi *unum* e. g. ad Electoratum ad- 19.
mittentibus, Vid. Limnæus *ad A. B. c. 7. §. 2. Obs. 7.* (Ubi ex hâc ratione notat Rumelinum, ambos hoc casu 20.
ad Electoratum admittendos esse, evincere conantem,)

tan-

tandemque cum Teſtatoris diſpoſitione, rem legatam inter plures dividi nolente, ſtare poteſt minimè, ita primogenituræ etiam planè contraria eſt, quippe
21. quæ vult, ut bona penes *unum*, eumque *Primigenium* duntaxat remaneant, adminiſtratione plurium *inſuper* populo ac ſubditis parum proficuâ non rarò exiſtente, quò forſan reſpexiſſe videtur Cævallos, *qu.* 248. *n.* 72. 22.
22. Molinæum *referens* deprecantem Deum Optimum Maximum, ne caſus duorum ſimul regnantium in Hiſpanorum Regnis amplius contingat.
23. Hiſce non adverſatur (1.) quod æquali Gemellorum conditione exiſtente, æquitatis poſtulare etiam
24. videatur ratio, utrumque æqualiter admitti. Reſpondendum enim eſt. Licet in eo quidem *noſtrô in caſu*
25. æqualis appareat gemellorum conditio, quod neuter illorum prioritatem nativitatis docere poſſit, in eo tamen utique diſparem illorum eſſe conditionem,
26. quod unus reverâ ante alterum ſit natus, quem ſorte
27. pie riteque inſtitutâ invenire licet. Idem reſpondetur
28. ad rationem Secundam *ſupr. Cap.* 2. *n.* 23. *ſeqq* adductam.

Ad Tertiam *n.* 29. *Cap.* 2. reſpondeo rationem, illam procedere illis in caſibus, in qvibus nec loci conſvetudo, nec publica Jmperii lex, neque; expreſſa teſtatoris intentio *plures* admitti negat, nullumque reſtat judici remedium, jus præcipuum inter colligantes inveniendi.

29. Nec Obſtat (4.) *L.* 14. *C. De Fideic. libert.* Præterquam enim, quod deciſionis ratio in *Favore libertatis* conſiſtat, per verba *fin d. l.* ut ejus favore relicta naſciturо libertas, pluribus ſimul natis, omnibus relicta videatur

atur, casus etiam dictæ legis â nostro planè est diversus, cùm
inibi non qværatur, aut incertum sit, uter Gemellorum 30
prior natus sit, neq; libertas Primigenio tantum sit relicta.

Neq; magis refragatur (5.) *L. 24. ff. De Vulg. & Pupill.*
Substit. Respondendum enim est, sicuti ratio decisionis in 31.
ipso habetur textu, casui nostro plane non applicabilis, 32.
scilicet, quod supremus non is tantum intelligatur, qui post
aliqvem, sed etiam, post qvem nemo est, ita, qvod ex di- 33.
cto textu eliciunt pro hâc opinione JCti, nempe, duo-
bus mortuis, & non apparente, uter illorum prior mor-
tuus sit, utrumq; simul vitâ defunctum censeri, ex eo-
dem probari minimè, hincqve inde ad nostrum casum fa-
ctam illationem non felicius concludere, qvam ridiculam
Baldi rationem, qvâ pro adstruendâ hâc utitur sententià,
scilicet, qvia Gemelli in cœlo sunt gemini, ergo in terra etiã
erunt gemini, simul ad successionem vel capiendam rem
testamentô relictam admittendi. Vid. Tiraqv. *De Primo-*
genit. q. 17. n. 3. & Exc. Thomas. *d. Dissert. c. 2. n. 46. in fin.*

Minus adhuc pondus dictæ Opinioni addit (6) *L 16 C.* 35.
De Fideic. Libertat. cum ratio decisionis in pœnâ moræ, ab 36.
herede commissæ, ne huic mora sit proficua, consistens,
Vid. Brunnem. *ad d. L. n. 22.* nostro applicari casui non
possit, sicq; hîc iterum committatur fallacia consequentiæ.

Ex qvibus verò rationibus *Secundæ Opinioni* calculum 37.
meum subduxi, ex iisdem etiam rationibus TERTIÆ
JCtorum OPINIONI, utrumqve qvidem Gemellorum,
dubiâ illorum Primogeniturâ existente, sed non pro *indi-*
viso, verum *alternis vicibus* admittenti, accedere dubitavi, 38.
scilicet, quod hæc Alternatio Primogenituræ repugnet,
volenti, non nisi penes *unum*, eumq; *Primigenium* bona *per-*
petuò remanere debere, quodq; consvetudo Regni, ac Jm-

perii Leges, juxtim & Testatoris dispositio, non nisi *Unum perpetuò* velint Regno, Electoratu, ac rebus in testamento relictis, potiri, fruiq; debere; Ut taceam, quod, tristissima
40. Eteoclis & Polynicis, *apud Euripidem in Phœnissis* Amulii item & Numitoris *apud Livium Lib. 1. Histor*, exempla, de quibus Tiraquellus. 1. *q.* 17. *n.* 8. & 9. Exc. Thomas. *d. Dissert. Cap.* 2. *n.* 44. videri possunt, alternatum rei usum ac vicissitudinariam Regnorum, Principatuumque gubernationem non semper tutam satis esse, egregiè comprobatum, evictumque eant.

41. Ad rationem, pro hâc opinione *Cap.* 2. *n.* 44. allatam *primam* respondeo; Sententiæ, qvæ alterum Gemellorum *minus* lædit, illam adhuc præferendam esse, qvæ alterutrum *planè non* lædit, qvæque indoli Primogenituræ, consuetudini Regni, Legibus Jmperii, ac intentioni Testatoris magis congruit.

42 Ad rationem *Secundam Cap.* 2. *n.* 55. traditam respondeo, hîc non qværi de re *inter plures* dividendâ, sed de re *uni* duntaxat, eiq; *Primigenio* ex pluribus Fratribus, uno partu editis, assignandâ.

43. Eâdem etiam defungor responsione ad textus prostabiliendâ hâc Opinione *Cap.* 2. *n.* 47. *seqq.* adductos.

44 Ad exemplâ, qvibus tamen non est, judicandum, sed Legibus, earumqve rationibus, *L.* 12. *ff. De Offic. Præsid.*
45. *L. Nemo.* 13. *C. De Sent. & interlocut. Cap.* 1. *De Postul. Prælat.* Socin. *in Reg.* 8. & Thomas de Thomasset. *in Florib. LL.* 110. supra Cap 2. n. 50. allata, respondeo, ea partim ad casum nostrum non qvadrare, partim verò tristissimum habuisse exitum. *Vid n.* 40. *b.* Cap.

46. Neq; tandem me turbant exempla *Cap.* 2. *n.* 51. *seq.* Præterqvam enim, qvod planè ad nostrum nil faciant casum, prius sapit fabulam & Posterius de Meretrice agit. Mi-

Minus verò omnium placuit QVARTA Doctorum 47.
OPINIO, utrumqve Gemellorum hoc casu à Successione,
req; in testamento relictâ arcens: Qvæ, sicuti teste Tira- 48.
qvello, *d. l. q.* 17. *Præf. n.* 5. *& in Opin.* 6. *n.* 21. *eumq; secutò* Exc.
Dn. Thomasiô *in d. Dissert. Cap.* 2. §. 49. solum Jmolam sui
habet Assertorem, & qvidem adhuc hæsitabundum, ita
planè destruit intentionem Testatoris, ac Primogenituræ 49
indolem everti, exq; hoc potissimũ refutari fundamentô
potest, qvod illâ admissâ, id seqveretur absurdi, exclusis his 50.
ce, qvi gradu sunt proximiores, admittendos esse eos,
qvi post hos gemellos nati sunt, Fratres gradu remotio-
res. Vid. Thomas. *d. l. jung.* Tiraqvell. *d. l. Opin.* 6. *in fin.*
ibiqve alleg. Alex.

Nec corroborat hanc Opinionem allata *supr. Cap.* 2. 51.
n. 55. ratio *Primæ*. Respondendum enim est, eam pro-
cedere, ubi incertitudo nullô certiorari pactô, ipsiqve
disponenti imputari potest, quod non clarius dispo-
suerit.

Neq; majoris ponderis est *Secunda* ratio, qvam exhi- 52.
bet *n.* 57. *Cap.* 2. Responderi enim potest, Sortis decisum
effectum habere probatæ Primogenituræ.

Ad *L.* 31. *ff. De Munumiss. test.* Respondetur, ibi cul- 53.
pam residere penes Testatorem, quod certam demonstra-
tionem non adjecerit illi servorum, quem ex pluribus ejus-
dem nominis liberum esse voluit.

Ad primum casum *L.* 10. *de Reb. dub* respondeo: illum 54.
casum, â nostro meo alienum esse, quod inibi utriq; Co-
gnati *ætate pares* sint, cùm hîc contrà reverâ alter gemel-
lorum alterô natu sit major; Sicque inibi legatum na-
tu majori ex cognatis relictum, ideò impediri, qvia
incerta Testatoris dispositio hîc certum sortiri even-
tum non potest. Ad Secundum verò de Capitolio casum 55.
respondeo, & hîc *utrumq; simul* Capitolium conscendisse

indeq; rationem decisionis ad nostrum non esse applicabilem casum, quô non uterq; *simul*, sed unus post *alium* natus est, licet, qui prior natus sit, ignoretur.

56. Pariter & *ad L. 30. ff. De Testam: Tutel:* respondeo, inibi itidem culpam residere penes Testatorem, non clarius
57. disponentem; Quâ eâdem responsione etiam satisfit pro hac sententiâ *Cap: 2. n. 62. seq.* adductis *L. 2. ff. De Liber. & Posth. & L. 61. §. 1. ff. De Hered. inst.*

58. Gratificationi Patris, quam QVINTA hoc casu commendat JCtorum OPINIO, ideo assurgere nolui, (1) quia illâ admissâ, Patri invitô jure tribueretur arbitrium jus ex prioritate nativitatis Primigenio qvæsitum, pro
56. lubitu auferendi, cum ne Princeps qvidem sine caussa jure suô qvemqvam privare possit. *L. 2. C De Precib. Imper. Offer. L. fin. C. Si contra jus vel utilit: public* Accedit, qvod (2.)
50. jus suum Primogenitus non à Patre, sed aliunde, & vel à Lege Regni & providentiâ Testatoris aut pactis primi acqvirentis habeat, in quo Patri arbitrium jura non tribu-
61. unt; Ut taceam, Jus Divinum (3.) Parenti denegare facultatem pro lubitu eligendi Primogenitum, in ejus præjudicium, qvi verè natu major est. *Vid: Deuteron. 21. vs. 16. & 17.*

62. Hisce non obest (1.) Quod in dubio gratificationi locus sit. Respondendum enim est; Sicuti hoc duntaxat procedit in casibus âjure expressis, ob rationem à Tiraquello. *d. l. Op. 2, n. ult.* allegatam, *Conf.* Franc. Aret. *Consil. 42. Col. pen. vers. Præterea dato* Bald. *in c. 1. Col. pen. Tit. De Alien. feud.* Joan. Andr. *in c. in nostram. De Testib.* Hunn. *Var. Resol. L. 3. Tract. 1. qu. 21 Opin 2. p. 724.* ita ad nostrum casum, ubi jus â Patre non dependet,
63. minime est extendendum. Idem ad reliquos pro stabiliendâ gratificatione *Cap. 20. n. 16. seqq.* adductos Juris Civilis

vilis textus respondetur; Nedum, quod â diversis diversa 64.
fiat illatio. *L. 10. C. De Probat.* Cantiuncula *Consil. 10. n. 13.*
ibi Nicol. Rucker. *Consil. 14. n. 47.* Menoch. *Consil. 437. n. 7.*

Nec obstat (2.) exemplum *n. 75. Cap. 2.* allegatum; 65.
Præterquam enim, quod in decisione hujus casus Ddres
non conveniant, Aliis etiam hîc Sortem præferentibus,
Vid. Tiraq. *d. l. Opin. 1. n. 24. in fin.* Aliis utrique præmi- 66.
um adjudicantibus, & quidem vel integrum, vel pro rata,
Vid. Fœnut. *De Momento. cap. 24. n. 7.* Cævallus. *Comm.*
Opin. quæst. 248. Baro. *ad L. 9. pr. ff. de Reb. dub.* Grot. *de J.*
B. & P. Lib. 2. c. 16. §. 19. Aliis utrumque repellentibus, 67.
hocque casu facultatem concedentibus retinendi præmi-
um illi, qui illud victori & primò mœnia conscendenti
promiserat; Vid. Excell. Dn. Thomas *d. Dissert. Cap. 4.*
§. 100. ubi tandem ipse Exc. Puffendorffio. *in Tr. de J. N. G.*
Lib. 5. c. 12. §. 14. assentitur, statuenti, ubi ad excitandam 68.
certantium alacritatem præmium propositum est, verius
esse, ad præmium concursuros, qui æquales fuerunt, si
modò res talis sit, quæ divisionem admittat, aliàs Sorti
rem esse committendam, cum malignitate non careat,
ideo utrumque præmiô spoliare, quia neuter alterô po-
sterior fuit, præmiis virtutum laxiorem interpretationem
desiderantibus: Sanè ille casus â nostro planè diversus
est, cum imbi neuter alterô sit prior; quod secus est, in no- 69.
stro casu, quô semper præsupponendum est, alterum al-
terô natu priorem esse.

Ad ultimam rationem paucis respondeo: Ut ut
Primogenitus aliquando habeat successionem â Patre, il 70.
lud tamen non esse perpetuum, aliô Primigenio aliquid
in suô testamentô legante; Neque tamen illô casu, quô
â Patre *successionem* habet, etiam *prærogativam successionis*
eun- 71.

eundem â Patre habere, & licet hanc etiam immediatè à
72. Patre obtineret, hunc tamen *sine cauſſâ* Primigenium hoc ſuô jure exuere non poſſe. Vid. Hunnius. *Var. Reſol. Lib. 3. Tract. 1. pag. 726. Opin. 4.*

73. Robuſtiorem qvæ præfert, SEXTÆ Ddrum OPINIONI, ideo ſubſcribere nolui, qvod in determinandâ dubiâ Primogeniturâ, non ad prævalens corporis robur, tanqvã ad infallibile illius ſignum duntaxat reſpiciendum eſſe certus ſim, innumeris exemplis, debiliorem ex gemellis pri-
74. us natum eſſe, comprobantibus, Vid. Tiraqvell. *d. l. q. 17. Opin. 8. n. 3* Dn. Muller: *in ſupr. all: Diſſert. De Binis Dubiis partus Caſibus.* jung: Hunnius *d. l. Opin: 3. p. 725.* & Exc. Dn.
75. Sclevogt: *in Diſſert: De Jur. primogenit: th. 4.* qvodq; evenire poſſit, Geminos robore eſſe pares, imò hâc admiſſâ ſententiâ, verus Primigenius jure ſuô miſerè poſſit excidere.

76. Non Obſtat (1.) Qvod robuſtior, ceu prægnantiore
77. qvalitate â naturâ donatus, præſumatur citius de carcere uteri materni exiviſſe, qvàm Frater debilior. Reſpondendum enim eſt, hanc præſumptionem non eſſe perpetuam, *Vid: notata n. 74. b. Cap:* idq; inter alia vel inde non obſcure
88. probari, qvod in *L. 10. ff. De Reb. dub.* præſupponatur in verbis: *Si qvidem certum eſt, qvid prius edidiſſet &c.* Filiam, qvæ tamen ex ſententiâ Adverſariorum omnibus Maribus eſt debilior, *Vid. Cap. 2. ſupr. n. 84.* ex Gemellis ante Marem ſeu Fratrem naſci poſſe.

79. Minus Obſtat (1.) *L 9. § 1. ff. De Reb. dub.* Reſpondendum enim eſt, negando conſeqventiam, qvam inde adverſæ ſententiæ Patroni formare ſatagunt. Vid. *Supr. Cap. 2.*
70. *n. 81.* Inſuperq; (2) deciſionem *d. L. 9. §. 1.* non tàm in *roboris prævalentiâ*, qvam *diverſâ heredem qvalitate* poſitam eſſe, evincere videri *L. 9. §. 2. ff. eod.* & *L. 17 §. 5. & 7. ff. Ad SCtum*

ad

ad SCt. Trebell. Vid. Brunnem. *ad L. 9. §. 1. De Reb. dub. n. 6. seq.* & Dn. Thomas. *d. Dissert. Cap. 3. §. 83. seq.*

Parum etiam turbat (3.) *L. 10. ff. De Reb. dub. §. 1.* Re- 81.
spondendum enim est, frustra esse, qvi cum glossa ad *L. Idem erit. ff. De S. H.* Zachia *in Qvæst. medico-legat. Lib. 9. Tit.* 82.
12. qv. 3. n. 16. aliisq; à Tiraqvello. *d. l. q. 17. Opin. 7. & 8. n. 1. & 2.* citatis dicisionis *d. L. 10.* rationem in *prævalentiâ roboris* & fallaci illa hypothesi, propterea mares præsumi ante fœminas editos, fundant, cum verba dicti textus penitius perpendentẽ fugere haud possit. *solum libertatis favorem* fundamentũ esse decisionis. Qvæ si Ulpiani d. l. mens non fuisset, non statuisset in verbis: *Siqvidem certum est qvid prius &c.* fœ 83.
minam posse nasci priorem; Sed & alias seqvere ur, si Testator conditionem ita posuisset: *Arescusa libera est, si prius fœminam pepererit*, & de prioritate dubitetur, Arescusam in servitute manere debere, cum & hîc masculus tanqvam robustior prius natus præsumeretur, qvod regulæ ab *Ulpiano* traditæ & à *Juliano* in L. 12. *h. t.* repetitæ à *Marcello* item *L. 192. §. 1. ff. De R. J. L. 3 ff. De bis, qvæ in test. del.* aliisq; *vid. L. 38. ff. de Re jud. pr. L. in Obscuro. ff. De R. J.* inculcatæ, libertatisq; favori parum videretur convenire. Vid. Brunnem. *ad. d. L. 10. §. 1. n. 11.* Dn. Thomas. *D. Dissert. Cap. 2. §. 65. seqq.*

Nec magis negotii facit (4.) qvod de Columbis allatum est *Cap. 2. n 85.* Præterqvam enim, qvod de veritate 84.
hujus asserti non sine ratione cum Excell: Dn. Mullero *supr: all: Dissert.* aliisq;, dubitare liceat, qvotidianâ experientiâ incredulo facilè contrarium comprobaturâ ab il- 85.
lis tamen ad Homines infeliciter fieret illatio. Vid: Dn. Muller. *d. l.* 86.

Restat

Reſtat, ut binis adhuc exponam, cur à SEPTIMA
87. JCtorum OPINIONE, quæ formoſiorem, inter Gemel-
los prætert, divortium fecerim; Scilicet, quod (1.) â præ-
88. ſtantiâ formæ ad præſumendam nativitatis prioritatem
fruſtra inferatur, Primigeniis non rarô Ultra-natis ſeqvi-
oris formæ exiſtentibus; Qvodqve (2) huic præſumpti-
89. oni nulla Phyſica adſiſtat ratio: Jnſuperqve (3.) hujus
90. litis deciſio non à bono naturali, aut amabilitate vel ſimi-
li qvalitate formoſioris faciei, ſed à nativitatis prioritate,
loci conſvetudine & Teſtatoris voluntate dependeat,
non *formoſiorem*, ſed *Primigenium* ad Regnorum, & Princi-
patuum, ſucceſſionem, remqve in teſtamento relictam
vocantibus. Vid. Excell. Dn. Sclevogt. *d. Diſſert. th. 5.* &
Excell. Dn. Müller. *d. Diſſert. q. 1. Sect. 2. th. 1.*

91. Jllis, qvæ pro hâc ſententiâ *Cap. 2. n. 95. ſeqq.* ad-
ducta ſunt, partim ex dictis *n. 88. ſeqq. h. Cap. ult.* ſatisfa-
92. ctum eſt, partim etiam reſponderi poteſt, hîc non qvæ-
ri de Rege, ac Principe eligendo, ſed de Electi Succeſſo-
re, illis in locis, in quibus Succeſſorio jure Primigenii
ſoli admittuntur; qvem forma minus elegans, elegan-
93. tioris formæ Fratri Ultra-Genito non poſtponit. Jnſu-
94. perqve exempla non facere regulam: Accedit qvod
hæc ad caſum, qvo Primigenio duntaxat legatum reli-
ctum eſt, planè non qvadrent: Jllud cujuscunqve for-
mæ, humanæ tamen, legatariô, propitiô jure urgente,
95. Aliam reſponſionem publico conflictui BONO cum DEO
reſervo, cui pro clementiſſimè conceſſis animi, cor-
porisqve viribus ſit laus & gloria ſine.

FINE.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0068
DFG

Nobiliſſimo, Clariſſimoqve
DN. CHRISTOPHORO
DAMMIO,
Publicè diſputaturo,
S. P. P.
JO. FECHT. D.

QVum de B. PARENTIS Tui non natalibus tantum, (cum ex hac ipsâ Urbe noſtrâ oriundus eſſet,) ſed præprimis de comparatâ ſolidæ eruditionis Theologicæ, cum pertinaciſſimo orthodoxiæ amore conjunctæ, famâ, qvamprimum huc veneram, multa inaudiviſſem, mox Te in hac Academiâ noſtrâ, conſvetudine convictuqve Summi JCti, D. JO. KLEINII, à qvo nemo, niſi ſuo vitio, indoctus recedit, utentem, inter juris cultores ſemper eminere caput, (Nam & ipſa Tibi natura præ plurimis aliis neſcio qvid dignitatis graviratisqve, perſonam aliqvando Politicam multum ornaturæ, contulit) freqventer etiam in publico diſputantium cœtu oris Tui oſtendere eloqventiam vidiſſem, PARENTI Tuo, heu

præ

præmaturâ morte in ipso ætatis flore abrepto, hanc post fata felicitatem intra me gratulatus fui, qvod vitam suam saltem in Te prorogare & si isto tramite perrexeris, immortalem reddere posset. Nunc cum & in ipsam cathedram, ingenii doctrinæque Tuæ specimen editurus, proruis, hoc magis in judicio meo confirmor, fore omninò, ut Paterna decora Tibi propria reddere & eorundem fructus in patriam Tuam, cum singulari olim ipsius emolumento, derivare velis. Macte hoc animo Tuo, DAMMI; ita neqve laudes ingenio Tuo, ad eximia qvævis contendenti, neqve gloria Doctori, qvo contente illa Tibi & publico egregio ornamenta paras, neqve spes patriæ, qvam ex Te non tam concipit qvam exspectat, defutura sunt. Ego inter hæc omnia & benè Tibi precor & universa posthac ad Tua Tuorumqve vota ubiqve evenire opto. Vale & Regiomontanos illos amicos meos, VON SANDIUM, WEGNERUM & PESAROVIUM; plurimâ ex me salute imperti.

Scr. Rostochii, d. XII. Augusti,
A. M DC XCVII.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0070
DFG

508.

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
ELECTORIS BRANDENBURGICI
PACIS AC BELLI MINISTRO,
Perilluſtri, Excellentiſſimo ac
Generoſiſſimo DOMINO
DN. PAULO de Fuchs/
CONSILIARIO STATUS INTIMO,
RERUM FEUDALIUM DIRECTORI,
ET
CONSISTORII PRÆSIDI EMINENTISSIMO,
GRAVISSIMO.
DNO SUO BENIGNISSIMO,
MECOENATI OPTIMO MAXIMO,
Obſeqviosâ devotæ mentis veneratione
Felicitatem abſolutam,
ac
Humile Obſequium.

PRimigenium hunc meum DUBIÆ PRIMOGENITURÆ Partum, VIR PERILLUSTRIS AC FAUTORUM MAXIME, ceu publicum ac ſincerum nunquam intermorituræ obſervantiæ in TE meæ monumentum, Cultusque ſubmiſſi & debiti Obſequii teſſeram, eâ, quâ

fas est, animi veneratione ad pedes depono TUOS, certâ lactatus spe, TE infirmum licet, informemqve hunc pauper-tini ingenii mei Fœtum, qvem per temporis angustiam nec fingere, nec polire mihi fuit integrum, quemque abjecisse verius, quam peperisse videor, ea mentis, vultusq; serenitate, quæ TIBI propria est, quâq; olim Fratrem meum natu maximum, jam piè defunctum, dignatus es, meque ante triennium etiam Berolini admisisti, benivolè susceperturum, TUÆ QVE, qvâ Orbem illustras, rarioris, ac inaccessæ eruditionis eminentiâ, quod ejus perfectioni deest, abundè suppleturum esse. Ita fiet, ut inbecilli huic Partui, TUQ munito Patrocinio, TUITOR OPTIMUS MAXIMUS, mihi verò, studiisque meis PROMOTOR nunquam defuturus sit certissimus. Cujus perennaturo favori, sicuti omnia mea conamina submissâ mente commendo, ita indefessis SUMMUM NUMEN defatigabo precibus, ut TE omni felicitatis accessione cumulatum, longa annorum serie beare ac sospitare dignetur adhuc diutissimè, in æternaturum ELECTORALIS AULÆ BRANDENBURGICÆ Ornamentum, intutissimum Justitiæ Præsidium, inqve Incrementum PERILLUSTRIS TUÆ DOMUS, ac Solatium TUORUM Clientum ampliſſimum. Vale, ac in imis Benivolentiæ TUÆ Tabulis adscriptum conserva

PERILLUSTRIS NOMINIS TUI

ROSTOCHII 20. Augusti
Anno 1697.

Cultorem Observantissimum

CHRISTOPHORUM Dämm.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0072
DFG

Ad Præclarè Doctum, ac Politissimum DN. AUTHOREM.

EX qvo Tu tempore, NOBILISSIME AC LITERATISSIME DNE. DAMI, mihi familiarius innotuisti, meô usus convictu ac informatione, insignem in Te deprehendi morum integritatem & modestiam singularem, ingenium itidem ad optimas artes, inprimis vero ad excolendam Jurisprudentiam facile ac tenax, ardoremqve ac studium proficiendi haud exiguum: Neque me fefellit, quam eâ jam tempestate de Te conceperam, spes optima, scilicet fore, ut omnibus legitimi Studii numeris ritè absolutis, multâ variæ eruditionis dote adauctus, PATRIÆ DULCISSIMÆ, OPTIMÆq; GENITRICI TUÆ, solatio ac ornamento olim sis futurus maximo. Sanè, quam DE DUBIÆ PRIMOGENITURÆ JURE, ad Patrium remeaturus solum, eleganti operâ conscriptam, mihi obtulisti, Disputatio, vel me tacente, testatur eximiè, non turpi Te otiô triennium, per quod hîc commoratus es, transmisisse, sed illa, qvæ ad Honorum culmina ducit, industriâ planè singulari, Juris impendisse studio, ut Respublica inde Patria de Te non nisi optima qvæq;

&

& insignia sibi promittere possit. Qvo eqvidem nomine non possum non Tibi propensissimo applaudere gratulariqve affectu, Summum Numen precatus, ut, quæ in hâc studiorum arena doctrinæ reportasti robora, in sui Nominis gloriam, in Publicæ Rei emolumentum, inqve salutem Tuam propriam cedere velit quam clementissimè.

Dabam Rostochii. 8. Augusti
Anni MDCXCVII.

JOHANNES Klein/ D.



510.

ERRATA.

Pag 5. Lin. 7 pro *Cap.* 2. leg *Cap.* 3. pag. 14. lin. 6. pro *Primogenitus in* lege *Primogenitus is* pag. 15. lin. 3 pro *conſpium* lege *conſpicuum* & pro *Geſeſ.* lege *Genes.* lin 25. expungantur poſt verba: illud verò hic non eſt, *duo pun-ctа.* lin. 29. pro *continneo*, lege *coccineo.* pag. 17. lin. antepen. pro *recenentur*, lege *recenſentur* pag. 27. lin. 21. pro *diviſioni* lege *concurrentiæ* pag. 29. lin. penult. pro *Adonis ederet* lege, *Adonis cederet* pag. 30. lin. 17. pro *Opinio-nes* lege *Opinionis* lin. 23. pro *præterea*, lege *præterea.* pag. 32. lin. pro *mitta-tur* lege *admittatur.* linea 10. pro *de I. ab J.* lege, *de S. ab J* pag. 34. lin. 8. pro *Cævallus.* leg. *Cævallos* lin. 21. pro *manumendi*, lege *manumittendi* lin. 12. pro *Collegiis* lege. *Collegii.* pag. 42 lin. 8. pro *ſtratagemotam* lege *ſtratage-mator* pag 43 lin. 5. pro *rereliſta* lege, *reliſta* pag. 44 lin 2. pro 3685. lege, 1658. pag. 47. lin. 13 pro *ad eſt* lege, *adeſt.* pag. 48. lin. penult. pro *J. de J. ab J.* lege, *J. de S. ab J.* pag. 54. lin. 10. in fin deleatur *re* pag. 55 lin. 8 pro *poſſenſione*, lege *poſſeſſione* lin. 14. pro *mamento*, lege *momento* pag. 59. n. 53. pro *Munumiſſ.* leg. *Manumiſſ.* pag. 62. lin. penult. pro *diverſa heredem*, lege *diverſa heredum*

Reliqva, ſi qvæ præter opinionem irrepſere, ob penuriam temporis non repurgata, ipſe L. B. pro humanitate Sua ſupplere ac corrigere haud de-dignabitur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0075
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0077
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0078
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0079
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0080
DFG

nistratio concessa, qvamvis dissent, Merckelbac *k. Vol. I. cons. 13. n. 61. & inibi all.*

§. 9.

Annumerari qvoqve potest in Germaniâ bitra- riis publicis VII. *Societas Clientelaris*, qvæ *inter P* *lientes* intercedit, & in Imperio admodum freqvens es apud Dn. Becman. *in pol. par. c. 11. §. 4.* Sicut autem hîc P entes *omnia illa jura* concedenda sunt, *sine quibus c* *eri* & auxilio adjuvare *non potest*, qvò etiam *jus mi* & ali- qvando *jus aperturæ* pertinet; Dn. Stryk. *de ju* *. terr. c. 1. n. 125. sqq.* Dn. Fritsch. *in Tr. de iure* *n.* 17. *seqq.* Ita impunis est Clientum erga Protec entia, *si vel etiam qvoad hæc jura pacto sibi prospexerint,* Rever- *sales* inter Protectorem & Clientes usitatæ, vid. *r.* Re *verf. c. 7. vel justam non parendi causam* habeant, torem in se imperium qværere metuant, aut illius mil ntagi- oso veniant, ubi jus aperturæ licitè denegabunt. *s. ad- jut c. 2. §. 18.* Multo magis autem impunè inobe i Pro- tector *sub protectionis prætextu* Superioritatem si Clien- tes tribuere, &c. g. actus jurisdictionis exercere, *Tesenb.* 10. *Qu. 2.* vel Clientes, (ubi tamen casum summ xcipit Dn. Wildvog. *in Diss. De protect. censu c. fin. n. 10.*) c Klock. *vol. 1 cons. 12. n. 31.* Dn. Lyncker. *Decataxtris c. 3 §.* derati & adhærentes non fiant subditi, Klock. *cons. 37. n.* c tœ- dus Protectorium jus superioritatis inferat, on deri *Reichs vogteyen p. 417. & 489. & ibi all.* Mag. *de A* *p. 439. & c. 3. n. 401.* Böcler. *in not. S. R. J. L. 16. c. 3 §. 3. & C* *modis* qvidem *plenariis subditis* æqviparentur, *in oneri* *deter- minationem* non teneantur, Dn. Stryk. *all. l. n. 134.* Clien- *tibus invito Protectore Jus Protectionis excutere li* *negan- dum* videtur, si pro Protectione *certus census* tetur, cum jus Protectori semel ex contractu qvæsitur uferri neqveat: *Secus* vero, si *gratuita* sit *protectio*, ub favori renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho ter sit, vid. omn. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.*

§ §. 10.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74631616X/phys_0081
DFG